


174. MS. in Latin, on paper: written in 1624 by Samuel Bave: $6 \times 4\frac{1}{8}$ in., xiv + 422 pages: in vellum binding.

Pp. xi–295: 'Commentarii in Hippocratis Aphorismos septem sectionibus concinnatos. Samuelis Bavè. Coloniensis. Medicinæ Candidatj Anno 1624 . . .' With Latin text of Aphorisms distinguished by larger writing.

Pp. 305–48: 'Ratio Componendi Pulverem Marci Cornacchinij quo omnes humani corporis affectiones ab humoribus copia vel qualitate peccantibus genitæ tutò citò & jucundè curantur.' With chemical and pharmacological notes &c.

Pp. 359–74: 'Rudimenta Chymica cum selectioribus quibusdam ad quamlibet partem exemplis. A. D. D. Fro: Gillot.'

A number of pp. are blank.

Phillipps MS. 11778. Inserted (pp. 419–22): letter from C. W. Shickee, Bath, 29 May, 1914, giving biographical details of Bave (see also note to no. 7519). On Cornacchinus see Ferguson, no. 7040.

HIPPOCRATIS
APHORISM[I]
COMMENT-
MSS

1624

COMMENTARII

in

Hippocratis Aphorismos

Septem sectionibus concinnatos.

Samuelis Bavè Coloniensis.
Medicinæ Candidati

Anno 1624.

Certis Majorum vestigijs est usq; insistendum.

xiv (ult.)

Quod Dux strenuus militibus, idem Divinus Hippocrates medicinæ tyronibus in ipso Aphorismorum primo limine injungit: Quos enim legit milites bonus imperator, hortatur, ne laboris formidine & difficultatum intricatis angustiis a victoria non minus gloriosa quàm expetita deterreantur. Quantis enim excubiis, peregrinationibus, vigiliis, inedià, morbis, aliisque infinitis ærumnis quotidiè exponantur castra sequentes, ut communem debellent hostem, nemo est qui verbis satis energeticis exprimere queat, ita ut mirum non esset si a suis timore perculsis aut ignavia torpentibus militibus, derelictus princeps, furori hostili, torturis, ignominiisque viro forti ipsa morte gravioribus traderetur; nisi eos prius docuisset spinosam admodum & lubricam iis esse calcandam viam, ut ita se duce spretis omnibus deliciarum illecebris horrenda pericula quævis, quippe quæ prævisa, intrepido vultu intueri, forti animo aggredi, & propitio numine superare, paratos haberet. Hoc inquam idem solers ac sapiens Hippocrates observasse mihi videtur, quippe qui antequam ad ejus doctrinam tradendam se accingat, ut Medicum naturæ cum morbo luctanti sedulum observatorem sui officii admoneret, maximas artis difficultates, omniumque intellectu difficillimas brevi quodam ordine perstringit, quo pigros, ignaros & temerarios turpissimè suis castris extrudat. Medicus enim dum scrutatur morbi essentiam, causas, dias, & symptomata clandestinas naturæ insidias struentia, ad quod insigni & longo studio, diuturnisque laboribus acquisita cognitione opus est, potiorem vitæ metam transegisse fateri cogitur, cum tamen propter artis fertilitatem multo plura addiscenda restent, quam quæ hactenus ulla sedulitate sibi comparare potuerit. Ne igitur illotis manibus hanc artem contrectantes medicinam turpiter inquinemus; sed potius ignorantiæ caliginem continuis studiis, discutiamus; Hippocrati aures præbeamus dicenti quod nobis sit. Vita brevis ars longa &c.

HIPPOCRATIS APHORISMORUM SECTIONIS PRIMAE

~~Aphorismus~~ Præfatio.

Vita breuis, ars longa, occasio præceps, experimentum periculosum, & judicium difficile. Oportet autem non solum se ipsum præstare oportuna facientem, sed & ægrum, & assistentes, & exteriora.

COMMENTARIUS.

Hæc est præfatio totius huius libri. Vita breuis est, comparatione sci: instituta cum prolixitate artis quæ tanta est ut ferè sit incomparabilis, etiamsi aliquis aliorum laboribus & monumentis fruatur, nedum sine ipsis. Nam pars artis diagnostica, quæ in affectuum, causarum, & actionum contemplatione versatur prolixa admodum est, prognostica ferè inaccessibilis, & quæ indefessa [diligentia] egeat, Curatiua præter id quod alijs duabus artis partibus egeat totam vitam in experimentis conferendam hortatur. Autor tamen tres subjungit causas quibus artis longitudinem probat dicens Occasionem esse præcipitem, nam agendorum occasio citò fugit, eaque elapsa irrevocabilis est. Cum enim humanum corpus sit perpetuis mutationibus obnoxium tam propter causas externas quam internas; mutato vero corporis affectu, aut humorum quantitate aut qualitate cessat quoque occasio adhibendi remedij quod affectui conveniebat. Est quoque præceps occasio agnoscendi affectus & symptomata quoniam hæc celeriter mutantur. Experimentum periculosum

est, siquidem experimenta non sine vitæ discrimine tentantur in homine: Judicium præterea difficile est tam in causis quam in effectis dignoscendis, nam morborum & Symptomatum causas non facilè agnosces, aut agendorum rationem excogitabis, præsertim si internæ fuerint actiones. Quæ v. experimento evenisse vides, ubi id à pluribus causis evenire posset, difficilè agnosces à qua illarum processerit. Secunda parte huius proœmij ad artis inventionem & præceptorum executionem monet, ut medicus præstet seipsum facientem quæ oportet. nullum agendorum per incuriam omittat neque ægro blandiatur; & in his summam diligentiam apponat. Et ut æger obediat neque præceptum aliquod violet. Et assistentes qui ægro ministrant idonei sint, ne ex illorum vel incuria, vel temeritate æger detrimentum capiat. Quamobrem credi potest Hippocratem voluisse suadere judicij difficultatem ex iis quæ in hac secunda parte scripsit: nisi enim hæc omnia probè paraveris nempe te ipsum facientem quæ decet, & ægrotum, & assistentes & exteriora, nullum certum feres judicium & omnia perperam evenient.

APHORISMUS PRIMUS.

In perturbationibus ventris & vomitibus sponte factis, si quidem qualia decet purgari, purgentur, confert, & facilè ferunt; si verò non, contrarium, sic & inanitio vasorum, siquidem qualem fieri oporteat fiat, confert, & facilè ferunt, si verò non, contrarium. Inspicere autem oportet regionem, & anni tempus, & ætatem, & morbos, in quibus conuenit aut non.

COMMENTARIUS.

Excedorum aut consideratur quantitas aut qualitas. De qualitate hic agitq ut patet ex voce qualia. Præterea purgatio debetur humoribq infestantibq qualitate; veluti et vacuatio potiq quantitati. Quamvis interim medici indifferenter utantq vocabulo vacuationis pro quavis et purgatioe et evacuatioe; statuendum tn est illud improprie fieri, & voce purgationis eos nunquam uti ad loquendum de ijs quæ sola quantitate molesta sunt. Docet itaqq cognoscere in evacuationib. quæ sponte et nullo artificio eveniant, quæ bonæ sint, quæ secus: Bonæ si tales sint quales decet; non bonæ si secus. tales autem eas esse cognosces quia conferunt & ægri eas facile ferunt. Ventris enim vacuationem & vomitionem sponte evenientem, quâ nãa expellit noxios humores, si tales fuerint quales esse debeant facile eas feret æger vacuationes & conferent ad salutem. Perturbationes ventris sunt fluxiones & dejectiones: Cum autem de ijs & vomitibus loqtq omnem a corpore factam peccantium humorum evacuationem intelligit, sive ea fiat fluxu ventris, sive vomitu; sive fluxu sanguinis per nares, uterum, aut hæmorrhoidas, aut urina, aut sudore, aut insensili vacuatione; aut ea quæ ex accidenti p mediam fiat evacuatio. Cum autem dixit qualia oportet, non speciem, non qualitatem solam, aut primam, aut alteram intelligere oportet, sed omnem conditionem ad bonam purgationem comprehendit. Nam in tertiana febri non satis est bilem purgari, sed opus est eã quæ ægro molesta est, & præterea ut coctio evacuationem præcedat. Vacuatio itaqq debet esse nocentium humorq, nec conferta & præcipitata nimis: pp animi deliquium quod illis accidit; e. g. si hydropicos aut empyicos subito evacuaveris. Accedunt adhæc evacuationes quæ fiunt per particulam læsam, ut bilis dejectiones ulceratis intestinis. Deinde procedit a purgatione naturali, ad eam quæ fit arte: dicens In vasorum inanitionibus h. e. in purgationibus arte factis, si tales fiant qua=

4 quales fieri decet, conferunt, et facilè feruntur: si verò non, contrarium. Convenit enim medicum naturæ ministrum & imitatorem esse; Quod si igitur natura facilè fert evacuationes quas spontè facit, ubi tales fuerint quales esse oportet, feret quoque bene eas quæ arte fiunt cum iisdem conditionibus. In postrema aphorismi parte admonet ut attentè inspiciamus quisnam sit humor qui à corpore duci debeat, ut qualem decet: & non alius vacuëtur, id fiet cognitâ regione, anni tempore, ætate ægrotantis, et morbo. Hæc enim humoris naturam ostendunt, an bilis, pituita, sanguis, aut melancholia sit. Nam calida regione, æstatis tempore, ætate juvenili bilis acervatur, & tertiana, si fuerit febris, a bile fit. Hyeme regione frigida, ætate simili, pituita: & quotidiana febris fit ab ea. Autumno ætate subsistenti, frigida & sicca regione melancholia, & hæc quartanam facit.* His itaque præcognitis nos arte curabimus tales facere vacuationes, quales natura rectè operans solet efficere adhibitis medicamentis quæ humorem peccantem educant, quod evacuationis genus non tantum convenit humori aliquo alio à sanguine peccante, sed etiam in plethora, ubi alias sanguinis missio ob augmentum æquale omnium humorum convenit. Si enim medicus alicui præcipiat venæ sectionem, ipse vero non pareat ob metum, aut alia ratione, omnibus humoribus ad portionem auctis, non erit abs re ejus ventrem levi aliquo medicamento largè subducere; nam detractâ aliquâ eorum quantitate, tota sanguinis massa manet minor, & humores melius transpirabunt, & minus ~~fient~~ putredini erunt obnoxii

APHORISMUS II.

Eorum qui ad exercitationes parati sunt, bonus habitus in summo periculosus si in extremo fuerit. Non enim possunt in eo ipso manere, nec persistere: cum autem non persistant, non item possint in melius proficere, relinquitur in pejus. Horum igitur causa bonum

* Vere regione calida, ætate juvenili sanguis procreatur & si febris sit erit continens.

habitum solvere confert: non constanter, ut rursus 5
refectionis initium corpus accipiat. Neque vasorum concidentias ad extremum ducere: periculosum enim, sed qualis fuerit natura ejus qui ferre debet in id ducere: eodem modo et evacuationes ad extremum ducentes periculosæ, ac rursus refectiones quæ ad extremum fuerit periculosæ.

COMMENTARIUS.

Hoc Aphorismo consideratur bonus habitus athletarum, quorum non erat exiguus numerus tempore Hippoc: qui multis ac bonis alimentis se sagimabant, quo & fortiores & pulchriores evaderent: Horum itaque habitum appellat quidem bonum, sed non simpliciter talem; verum cum adjectione eorum qui ad exercitationes parantur. Quamvis uterque conveniat in bona simplicium temperatura εὐκρασία, de bona carne, εὐχυμία x succorum bonitate, & probitate actionum. Cæterum tamen in commoderatione differunt & symmetria sanguinis, carnis, & solidarum partium; quam in bono habitu simpliciter dicto reperies, quales in messoribus quibusdam & fossoribus, cum cutis raritate & facili perspiratu, non in athletis summe plenis, obstructis & conculcatis humoribus. Hirsuti namque & rari, labores magis tolerant, minus à lassitudine molestantur, ut docet Gal: Com: lib. De victus ratione, eosque εὐεξίαν diutius habituros testatur, quoniam ad summè bonum habitum non promptè perveniunt, quemadmodum athletæ, quorum habitus summe bonus est periculosus propter plenitudinem, quæ in eo statu manere nequit, nec in melius mutari; quia ille habitus est summè bonus; restat igitur ut transeat in deterius: Quapropter expedit hos vacuare statim ut rursus nutrimentum accipiant sine periculo. Sed cum vacuantur non sunt ducendi ad concidentias vasorum: Utitur Hipp: voce συμπτώσιας quod est a συμπίπτω concido: Neque idem est vasa comprimi & concidere: Comprimuntur enim ab externa aut carne aut causa alia, concidunt autem evacuata. De hac concidentia quæ magnam sequitur vacuationem, loquitur,

6 mensuram quoque præscribit, quam ex natura, hoc est viribus ejus qui evacuari debet, desumit. Hæc est generalis ratio omnium evacuandorum à corpore, quâ quantitatem ejus quod vacuari debet, metimur, vires nimirum patientis, alias enim & animi deliquia & mortes sequentur. Adducto exemplo athletarum, in quibus summâ existente repletione, non licet summam facere vacuationem, de alijs profert sententiam dicens: Eodem modo evacuationes ad extremum ducentes esse periculosas: siquidem in omnibus virium robur est mensura vacuationis, ut enim Aphor: 22. sequenti docebit; Dejectiones non multitudine sunt æstimandæ, sed an æger facilè earum vacuationem ferat; Hæc est à viribus sumpta mensura. Refectiones quoque ad extremum periculosas dicit; nam si quis post immodicas evacuationes, quæ ad extremum sunt, corpora reficere tentet, multa morborum genera eisdem evenient, nequeunte natura coctionem, distributionem & alitionem probè peragere.

APHORISMUS. III.

Tenues atque exquisitæ victus rationes, et in longis passionibus, semper, & in acutis in quibus non conueniunt, periculosæ. Et rursus quæ ad extremum tenuitatis perueniunt, victus rationes, difficiles; quoniam et repletiones quæ ad extremum perueniunt, difficiles.

COMMENTARIUS

Agitur hoc apho: de qualitate alimenti offerenda longis & acutis morbis. Ex collatione igitur facultatis ad morbi longitudinem victus præscriptio pendet, & ea ratione 8 Aphor: sequentem scribit. Morborum autem longitudo cognoscitur tum ex natura, tum ex motu; tum etiam ex notis coctionis quibus accedunt anni tempus, regio & ætas. De motu morbi et coctione dicemus aphor: 10. Hoc loco de natura tantum. Morbi itaque quidam sunt à natura longi, ut quotidiana & quartana, quidam v.

breues ut tertiana, & diaria febris: & Ex breuibus quidam sunt acuti, quidam peracuti. Rursus tam ex acutis quam peracutis quidam sunt exactè tales, quidam non exactè. Exactè peracuti terminum habent quartum diem; non exactè tales septimum. Acuti exactè decimum quartu: non exacte vigesimum. Inter non exactè acutos et longos à natura sunt acuti ex decidentia, qui pertingunt ad 40 & centesimum vigesimum. Jam eadem est instituenda ratio ciborum. Victus quidam est tenuissimus exactè ut omnimoda abstinentia, aut acetum mulsum aut aqua mulsa, nam primum nullum præstat alimentum, alterum paucum & imbecillum. His adde hydrosacchari constans ex 12 aquæ partib. & una sacchari, item Julep violatum. Tenuissimus non exactè est aqua hordei elixi, donec hordeum rumpatur, colata, non expressa & jus pulli, tenue amygdalatum. Exacte tenuis cibus est jus gallinæ cum hordeo elixæ, expressis granis, lactuca elixa cum aceto, pyra, aut poma assa, cucurbita elixa cum jure pulli aut gallinæ, integra ptisana. Non exacte tenuis jus gallinæ cum mica panis, alæ avium elixæ, hepata gallinarum, vitelli ovorum. Victus conservans vires per morbos longos, caro pulli elixi, aut turturis, aut turdi; Victus augens vires caro caponis elixi aut assi, verwecis & vituli, & aliæ quæ sunt hominibus assuetæ, nam sunt qui aluntur vaccinis & porcinis carnibus. Horum quoque quantitatem metiri convenit perspecta hominis temperatura, ætate, anni tempore, regione & consuetudine. Morbis peracutis exactè convenit victus tenuissimus exacte: peracutis non exactè, tenuissimus non exacte. Acutis exactè tenuis exactè: Acutis non exacte, tenuis non exacte. Acutis ex decidentia convenit victus non exactè tenuis sed in majori quantitate quam acutis non exactè. Longis morbis victus conservans convenit, sanis augens. Ex his constabit quam sit vera Hipp: sententia, quidque significaverit, cum

8 dixit Tenues atq; exquisitas victus rationes in longis passionibus semper esse periculosas quoniam per victum exquisite tenuem non servantur vires, neq; per ipsum poterunt ad summum morbi vigorem perdurare. Dixit semper siquidem in nullo longo morbo est sine periculo. Dixit item jure In acutis in quibus non convenit est periculosus, quoniam ~~per victum exquisite tenuem non servantur vires~~ victus tenuis atq; exquisita victus ratio non in omnibus est periculosa sed in his acutis morbis quibus crassior victus ratio convenit. Tales sunt morbi acuti non exacte, & acuti ex decidentia, quibus non convenit victus ratio exacte tenuis, sed eâ crassior: morbis autem exacte acutis, qui septimo die finiuntur, victus ratio exacte tenuis convenit. Verum non parum ad rem faciet si præter virium considerationem consuetudinem consideremus, quæ indicatio eam quæ à natura & ætate superat. Altera aphorismi pars quæ sic incipit Et rursus quæ ad: &c. Innuit eadem quæ in precedenti aphorismo dicta sunt. Omne scilicet nimium verti in vitium.

APHORISMUS IIII.

In tenuibus victus rationibus peccant ægrotantes ac proinde magis læduntur: Omne enim peccatum (quodcunque fuerit) maius fit in tenuibus, quam in paulo crassioribus victus rationibus. Qua de causa et sanis periculosæ sunt valde tenues, constitutæ & accuratæ victus rationes quoniam peccata molestius ferunt, propterea igitur tenues et constitutæ victus rationes magis periculosæ paulo crassioribus.

COMMENTARIUS.

Verba huius aphorismi ita distincte sensum Hippocratis exponunt ut hic prolixa interpretatione non sit opus. Admonet enim summopere cavenda esse delicta ab his qui tenui utuntur

victu & acurato, quia vires languidæ ex alimentorum abstinẽtia tales redditæ, non ferunt delicta sine periculo; qui vero crassiore victu utuntur melius eadem aut similia delicta ferunt, & cum minori periculo, quoniam victus plenior vires servat, quæ peccata ferre & eadem emendare debent. Hinc est quod sana corpora quæ victu accurato utuntur, a quocunque peccato gravius, quam alia quæ utuntur victu non constituto, offenduntur. Quod nos sæpissimè videmus, eos nempe, qui perpetuo servant in prandio & cœna unicam ciborum mensuram, unicam potus quantitatem, & eundem ordinem, quacunque occasione mutandi modum & ordinem, ægrotare ac mori. Hæc est cur causa Hipp: consulat nobis ad inconsueta transire: qui enim semper unam constitutam vivendi rationem servat, eam solam habet consuetam, reliquas inconsuetas, à quibus deinde variandi occasione oblata molestius offendetur, quam si in nulla tali acurata ratione vixisset. Sanis igitur hoc salubre erit consilium, non vivere in constituta mensura rerum non naturalium, quoniam peccata vitare non possunt & mutationes. Ægris autem non est salubre consilium abstinendi ab acurata victus ratione & tenui si opus fuerit, in extremo; nam talis servari debet abstinentia exposcente morbo, & viribus consentientibus. Sed est exhortatio ut maximè vitent & delicta & delinquendi occasiones, qui tenui victu utuntur, magis utique, quam si alio victu crassiore uterentur, quoniam noxas, quæ sequuntur ex delictis, viribus ex inedia dissolutis, & ex ciborum parcitate debilitatis, molestè ferent, & parum ad eas emendandas valebunt.

APHORISMUS V.

Ad extremos autem morbos, extremæ exquisitæ curationes, optimæ.

COMMENTARIUS.

Quæ curationis ratio sit opportuna morbis extremè acutis ex præsenti aphorismo constabit. Non enim uti quidam medicorum à parvis inchoandum est auxiliis, neque ut ipsi dicunt

10 putandum, per ea primum tentandum, deinde si nihil profe-
cerint admovere majora. In morbis quidem qui sunt sine pericu-
lo, hæc opinio est vera; verum ubi æger moriturus est si consti-
tuatur in principio tabis, longissimum est à ratione à minorib
auspicari. De extremis enim morbis dicitur, quod ijs ex-
trema exquisite remedia conueniant.

APHORISMUS VI.

Quando igitur morbus peracutus, fuerit, statim
extremos labores habet, et extreme tenuissimâ
victus ratione necessum est uti; Quando vero nō, non:
sed licet pleniorem victus rationem adhibere, ta-
tum indulgendum, quanto morbus extremis est
mollior.

COMMENTARIUS.

Tota victus ratio ab initio morbi eum habet scopum, ut
vires pervenire possint ad summum vigorem, aut constantes,
aut non valdè languentes, quo tempore de morte aut vita cō-
missa pugna naturæ & morbi decernetur. Tenetur autem me-
dicus per id tempus summam tenuitatem victus instituere, ne
natura in coquendis & propulsandis caussis morbificis extremè
occupata ad ciborum recenter assumptorum coctionem, distra-
hatur. Id quoque tempus summi periculi est, siquidem ex acci-
dentibus morbo proprijs, magnitudo morbi significatur; & ex his
& assidentibus, & quibusdam mox aparentib. periculum pendet, si-
mul cum ipsâ morbi magnitudine & vehementia, à quibus omnib.
æger conflictatur & molestatur. Hæc omnia morbis eveniūt
citius vel tardius, pro natura morbi & motu, & alijs quæ
circa ii aphoris: dicentur. Acutis sanè morbis citò: di-
cente Archigene; Acutus morbus est cuius motus ē
velox, et citò pericula adueniunt. In peracutis
præterea eò citius & majora eveniunt symptomata quo
fuerint acutiores; siquidem summa symptomata statim eve-

minunt, nisi morbi causa fuerit manifestè antè id diminuta, & ea ratione tenuissima victus eisdem statim convenit. Usus est Hipp: voce αὐτίκα, qua hoc loco spatium trium dierum sicat*. Trium igitur dierum spatium aliquando significat statim, & principium, quamvis ad quartum diem extendatur principium, & primus morbi insultus ac terminus peracutorum morborum exactè. Si tamen morbus non fuerit exactè peracutus, crassiori victus ratione alendus erit æger, atque eo crassiore, quo morbus extremis fuerit mollior; ac si dixisset quo morbus longius à primo die habuerit summum vigorem, ac summa symptomata.

* ut Gal: hoc vocabulum explicat. l. 1. de crisib. c. 7.

APHORISMUS. VII.

Quando morbus viget tunc tenuissimâ victus ratione necesse est uti.

COMMENTARIUS.

Monemur hoc aphorismo ut exhibeamus victum tenuissimum in summo vigore morbi; aut enim tunc nihil dandum aut solum victus tenuiss: quidem ~~oxysaccharum~~. Hoc maximè observandum est, ubi vires eam ferunt ciborum abstinentiam, & status morbi brevis sit, qualis est in morbis peracutis; debemus interim studere ut permittamus naturæ vacare coctioni & evacuationi causarum morbi. Ægritudine enim tunc consistente, in statu, ut vigore accidentia sunt sævissima, Virtus itaque maxime est occupata, quæ nec revocanda cibo; Nam exhibito cibo, horâ fortis pugnæ virtus impeditur multipliciter. 1. quia divertitur natura à digerendo. 2. quia resistitur digestioni. 3. quia augetur & fovetur materia morbi. 4 quia inflammatio postea consequenter augetur. Ergo ægritudine consistente in statu competit diæta tenuissima.

APHORISMUS. VIII

Considerare igitur oportet ægrotantem, si sufficiat cum ea victus ratione ad morbi vigorem. Et —

12 numquid ille prius succumbat, et non sufficiat cum ea victus ratione, vel morbus prius succumbat et hebetetur.

COMMENTARIUS.

Præter naturam morbi, etiam vires ægrotantis considerandæ sunt; ut collatione instituta virtutis et facultatis vitalis ægri cum morbo, possimus præscribere justam cibi quantitatem; Si enim æger plus debito acceperit, morbi causam augebit; sin minus, non sufficiet ad vigorem usque. Decet autem ipsas vires non succumbere, priusquam morbus succumbat & hebetetur: Hebes autem redditur morbus, cum causæ morbificæ integrè coctæ sunt, & aliqua ex parte vacuatæ, quo tempore non sint morbi periculum, nec vehementiam. In unum sanè duorum errorum coguntur incidere, qui non perfectis planè viribus, victum debitò tenuiorem ab initio instituunt, aut enim ægros ob imbecillitatem cogunt morbis succumbere, aut eosdem crassius alere cum sunt in statu sive Vigore, quo tempore cibus deberet esse tenuior aut omninò nullus. Hipp: l. 2. de ra: vict: acut: Sect: 4. accusat eos qui primis diebus vasa exinaniunt integrè, deindè quartò ac quinto coguntur cibos adhibere. Eo namque tempore foret potius abstinendum, & parcius agendum.

APHORISMUS IX.

Quibus itaque vigor statim futurus est, tenuiter statim alere oportet; quibus autem posterius, et in ipso vigoris tempore, et paulò sub ipsum, de victu demendum; anteà verò plenius alendum, ut ægrotus perferre queat.

COMMENTARIUS.

Quod aphorismo 6. de morbis peracutis docuerat id jam in

omnibus suadet, attenuandum sci: esse victum in vigore;
Si vigor statim adest, ut in morbis peracutis, statim victus attenuandus, imò & tenuissimg exhibendus. Quòd si morbus non statim vigeat, agnoscere oportet vigorem, eo pacto quo ipsum futurum agnoscere docuit Hipp. l. 3 Prog: à primis diebg per quaternarios procedens, atgg conjiciens ex notis coctionis jam accedentem vigorem, qui non ostendebat se primis diebus morbi; & ita modò in illo & propè illum, cibum auferre præcipit; interim tamen & ab initio ipso morbi uberig agere, & victg tenuitatem moderari, ut vires ad vigorem usgg serventur, & in ipso liceat per vires mediam, aut summā quandam victus tenuitatem servare. Hæc omnia observanda sunt in morbis, in quibg tota ferè causa morbifica manet ad vigorem usgg; tunc enim cum summa coctione symptomatu adest vehementia, in alijs verò non, sed ipsam vehementiam oportet conjicere, & in ipsa tenuiorem, quam in alijs temporib. adhibere victum. Sunt enim tres febrium & morborum omnium differentiæ apud Hipp: l. 1 de mor: pop: quidam enim statim vigent, qui deinde semper remittunt vehementiam; quidam augentur statim, & ad terminum quendam perveniunt & antè judicationem remittunt, quidam semper ad vigorem usgg augentur. Notum autem est in morbis primi & secundi generis non convenire summam victus tenuitatem, sed ante. In postremis verò ea ratio servanda est quæ ab Hipp: traditur in præsenti & 6 Aphor: Nam in laterali evidens habemus exemplum, cum enim os madescit, autore Hipp: & talia spuuntur, qualia oportet, sorbitionis quantitatem augere convenit. Est autem id tempus status, non tamen vehementiæ aut morbi, aut accidentium.

APHORISMUS. X.

In ipsis tamen exacerbationibus cibum adimere

14 oportet: nam præbere noxium. Et quum per circuitus redeunt morbi, in ipsis accessionibus abstinendum.

COMMENTARIUS.

In præcedentibus aphorismis de generali totius morbi victu locutus est: nunc particulares accessiones respiciens docet in illis abstinendum esse à cibis, hoc enim noxium quod augeat causam morbificam, & distrahat naturam à pugna quam habet cum morbo in tempore accessionis. Græci παροξυσμὸν vocant id est irritationem, vehementiam, accessionem. Quidam morbi unum tenorem servant & sunt sine paroxysmis, quidam vero accessiones habent ut continua tertiana; Sunt etiam quidam morbi qui non sunt continui vel ejusdem tenoris & tamen accessiones habent ut tertiana & quartana. In accessionibus ut et in toto morbo sunt tempora diversa: In morbo enim est principium, augmentum, status et declinatio, quæ coctione distinguuntur. Intra hæc tempora & totam morbi longitudinem, sunt quorundam accessiones, quas videmus aliquando ad solam remissionem pervenire, aliquando ad integritatem. Singularum vero accessionum tempora sex sunt. Principium quo calor intra colligitur extrema refrigerantur. 2 Inæqualitas, cum incipit calor extendi, sed interim nunc calorem nunc frigus sentiunt, aut aliqua parte existente calidâ aliâ frigidâ. 3 Deinde sequitur augmentum, dum calor manifeste se ostendit sine frigore, majorque est internus quam externus & in intimis quam in extremis partibus 4. Tempus status est, quo calor universum corpus æqualiter occupat, ita ut æqualis in thorace & pedibus se tactui ostendat. Quintum tempus est declinatio, quo calor vehementius se offert in pedibus & manibus, quam in thorace. Sextum tempus est infebricitatio. Hæc sex

tempora unicam periodum constituunt, à principio unius
accessionis ad principium sequentis. In continuis autem febri-
bus accessionem habent ἐπισημασίαν sive insultum, & signi-
ficationem, augmentum, statum ac declinationem. Ex pulsu
tamen ita hæc tempora distingues; in principio generatur
celeritas constrictionis, in augmento augetur, ad finē
augmenti summam fit magnitudinem, sed adest satis ma-
gna celeritas distensionis. In statu minuitur celeritas
constrictionis, & distentionis ad summam pervenit ma-
gnitudinem. In declinatione utraque celeritas aboletur
sed contractionis prius. * Divides etiam alio modo tempora
accessionum, in eam quam appellant accessionem et
inclinationem: ac tunc continet accessio, principium, in-
æqualitatem, augmentum & statum; inclinatio verò
declinationem & quietem sive infebricitationem. Cum
itaque Hipp: in præsenti sententia præscribit abstinendum
esse à cibis in accessionibus, intelligit per accessionem prin-
cipium, augmentum, & statum: In declinatione enim
id non est vitium, præterquam ubi integritas esset adeò
longa: ut sine vitio sive damno posset æger manere to-
ta accessione sine cibo. Hinc Hipp: l. 4. de ratione vict: sect:
40 dicit. Cum autem purgaveris, sorbitionibus quibusdam uti-
tor, observatis ita febrium accessionibus, ut nunquam cum
adsunt, neque cum futura sunt exhibeas, sed vel cum cessat
vel quieverunt, & maximè à principio recesserunt. Scripse-
rat etiam eandem sententiam lib. 1. sect: 45. dicens. Tempus
autem dandæ sorbitionis tum per initia, tum per omnem
morbi decursum, hoc maximè observare oportet. Nam si
pedes frigidi fuerint non à sorbitione modo, sed etiam
maximè a potu temperandum: at cum caliditas ad pedes
descenderit tunc dare expedit. Ut itaque summatim dicam

* Sed hanc exactam pulsus explorationem nemo nisi Galenus fortè scrutari potuit.

16. ubi nihil urgeat (sci: debilitas facultatis vitalis &c.) abstinere docet ab alimentis in accessione febrium continuarumque de quibus dixit in ipsis exacerbationibus cibum adimere oportet. Abstinere etiam oportet in accessionibus intermittentium, de quibus dixit Et cum per circuitus redeunt morbi, in ipsis accessionibus abstinendum. Sunt autem primæ febres continuæ, secundæ intermittentes; quoniam in prioribus accessionum meminit, in posterioribus accessionis et periodi. At vero periodus, ut diximus (& est Gal: sententia lib. de temporibus morbi) infebricitationem continet sive sextum tempus quietis. Constat autem periodum constare sex temporibus ordinem servantibus, alioquin inordinata esset periodus; & per consequens nulla certa ratio inveniendi temporis quo cibus offeratur. Si vero quidpiam urgeat ut inopia, alimenti nimia siccitas, imbecillitas, aut syncope, in principio & prope ipsum, & in augmento, aut in statu, mitigatione tamen in siccis affectibus aut intervallo existente brevi licebit alere. hoc est quod dixit Hipp: cum calor in pedes descenderit, non dicit cum descendit, quod est augmenti temporis, sed cum descenderit idest occupaverit extremas partes & deseruerit internas. Praeterea ubi intervallum fuerit breve, cogimur ægrum alere in statu præcedentis accessionis, aut in principio sequentis, aut prope hæc. Quantum autem unumquodque horum fugere conveniat hinc intelliges. In statu considera an calore an siccitate magis noceat: si siccitate in ipso ales. si calore remissionem expectato. In principio ita considera, si extrema perfrigerentur & magna adsit sanguinis intro revocatio, aut omnino non premat, hoc secundum contemnendum: si primum magna extremorum fri-

geratio fuerit cum abundantia succorum & crassitudine, aut viscerum phlegmone fiat non est exhibendus cibus in principio: Si non ita, non est timendum exhibere. Ac deniq; si in principio præter insignem perfrigerationem, humorum abundantiam & crassitudinem, præcipue si visceris cuiusdã phlegmone accesserit, accidat insuper syncope, dices dispositionem esse lethalem. ut docet Gal: l. 10 de methodo medẽdi.

APHORISMUS. XI.

Accessiones verò et constitutiones morborum, indicabunt tum morbi ipsi, tum anni tempora, tum periodorum proportionis inter se obseruatio, siue eæ quotidie, siue majore interuallo fiant. Sed et ex iis quæ mox apparent indicia sumuntur, velut in pleuritide si sputum statim initio appareat, breuem fore denunciat: si verò posterius conspiciatur, longam. Quinetiam urinæ, alui fæces, sudores, et judicatu faciles aut difficiles, et breves aut longos morbos fore, cum superueniunt, demonstrant.

COMMENTARIUS.

Cum docuisset modum instituendi victum in morbis tam acutis quam longis, ut & in singularib. morborum accessionibq; in hoc aphorismo docet quid accessio significet. Constitutio in febribq & aliis morbis tempus est ab initio in vigorem; & quod in continuis appellant constitutionem simile est ei quod in intermittentibq dicitur accessio in secundo significatu, comprehendit enim principium, augmentum, et statum. Cognosces itaq; totam morbi

constitutionem & singulares accessiones, ex morbo, ac si diceres, morbi naturam ostendere constitutionem morbi, sive generalia tempora & singulas ipsius accessiones. Si enim morbus tertiana febris est, brevem fit totam constitutionem, ac citò futurus est status, & cognitâ febre tertiana, vel prima accessione medicus prædicet, ipsam tertia die redituram, & per tertium futuras accessiones. Rursus in prima accessione invadente quotidiana; morbi ipsius natura, quia pituitosus est ostendit longè post futurum statum & morbi coctionem, singulas verò accessiones quotidiè futuras. Quartana verò & his longior est & per majora intervalla se repetit: Verum nec omnes quartanæ, nec tertianæ quamvis exquisitæ eundem terminum definitum habent: Nam tertiana exquisita septem periodis judicatur, quod longissimum, poterit tamen & quatuor periodis finiri; hanc distinctionem summere docet ex anni tempore, nam calidis temporibus morbi sunt breviores, frigidis longiores. Anni autem tempus includit aërem ambientem, regionem & cæli statum, quib. adde quæ ad hæc sequuntur temperaturam, ætatem, sexum, et vivendi institutum. Præterea obseruatio proportionis periodorum inter se, ostendunt constitutionem, hoc est statu futurum et tempus, quo accessiones deinceps evenient, non utiq. quo die nam id morbi natura, sed qua hora diei, q. quam maximè ad victus institutionem conducit: Sive enim febris quotidiè repetat, sive tertio quoq. die, sive quartò, si reciprocationes fuerint celeriores, majores & vehementiores, citò futurum statum indicabunt, & si quotidiana febris fuerit accessionem citius futuram sequenti die quam fuerat præcedenti. Cum enim morbi vigor & brevitas agnoscatur ex morbi natura et motu, & motus celeritas sumatur ex celeritate repetentiarum & accessionum: Si hæ celeres sunt, citò eve=

niet statq, brevis erit morbq, & accessiones sequentes cito erunt sperandæ; In ipsis itaqq accessionibq consideramus periodos sive reciprocationes ad statum præcognoscendum, & tempus futurarum accessionum. Tria vero indicia sumit ex iisdem Hipp: l. 2. de morb. pop: part: 5. nempe si celerius an non, si longius an non, si magis an non. Nihil enim re= fert sive quotidie, sive tertiis diebq sive per majora inter= valla eveniant. Si enim celeriq repetant, ita ut tertia accessio magis anticipet secundam quam secunda primam; augmenti signum est. Ita etiam si secunda primæ tempq anticipet, si reliqua consentiant, nempe longiq tempq durare, ac vehemẽ= tius affligere, ac tria hæc celeritas, longitudo, vehementia accedant. Sunt enim non nullæ febres quarum accessiones natura suâ anticipantes sunt, & anticipatio sola in eis non ma= gis augmentum quam declinationem significat. Signa post apparentia sunt signa coctionis, dicuntur etiam à quibusdã signa assidentia, quæ non semper coapparent morbo, item signa salutis & mortis, item signa crisis. Porro ex signis quædam sunt propria, quædam post apparentia, et ex his quædam sunt veluti propria, quædam communia omnibq morbis. Sic pleuritidis sive ~~do~~ morbi lateralis propria si= gna sunt dolor punctioni similis in membrana subcingen= te costas, febris continua, tussis, difficultas respirationis. Veluti proprium sputum est: Communia sunt deje= ctiones & urinæ. Morbi speciem, magnitudinem, motum & morem morbi novisse oportet ad cognoscendum statum ejusdem. Species ex signis propriis, magnitudo ex iisdẽ cognoscitur. motus ex anticipationibus & postpositio= nibq circuituum vel periodorum. Mos ex signis post apparentibus investigantur. Hipp: hæc o͠ia hic miro quo= dam modo comprehendit hoc aphorismo: nam de specie morbi

dixit accessiones et constitutiones morbi indicabit de motu & magnitudine, cum dixit: periodicarum proportionum inter se observationes. Reliquum est ut de notis mortem ostendentibus non nihil addat, hæ v. sunt mox apparentes, in quibus sunt inditia coctionis ex sputo in pleuritide, ex urinis, dejectionibus & sudoribus in omnibus. Imò dicit etiam post apparentia ostendere accessiones & constitutiones morborum: adducitque exempla pleuritidis in qua si sputum appareat statim ipsa incipiente, morbum breviat, si verò non producit; sputum, bonum sputum significat & coctum, idque cùm signum sit mox apparens, veluti proprium ad morem attinet, & salubritatem significat, ac morbum brevem, sive totam ipsius constitutionem. coctiones enim crisis celeritatem, & securam sanitatem ostendunt lib. 1. de morb. pop: Cum enim coctionis signa statim appareant in spatio trium dierum, nequit morbus longè progredi. Si tamen tardius apparere incipiant prorogabitur; veluti in pleuritide cum sputum nullo modo educitur, aut crudum, indicat morbum longius produci. Constat enim non sequi si sputum quodvis appareat, morbum reddi breviorem ubi videlicet sputum fuerit crudum in quod neque sanguinem neque alterutrius bilis aliquid admixtum sit. His præterea adduntur signa ex dejectionibus urinis et sudoribus, ab his enim, veluti à post apparentibus sumuntur indicia brevitatis, quæ dicta sunt à coctione desumi, salubritatis similiter: quemadmodum ex cruditate horum sumuntur indicia longitudinis, & ex malitia horum signorum ægrotantis pernicies h. e. boni, quod dixit, aut mali judicij. Ex cruditate, longitudo, Ex coctione brevitas et bonum judicium: Ex prava excrementorum dispositione quali

in sputo livor, nigredo, viriditas. Sic in alijs excrementorum generibus malum judicium speratur. Hoc loco δύσκριτα sunt quæ longius judicium sint ut patet ex sequentib. verbis.

APHORISMUS XII.

Senes facillime jejunium ferunt: secundo loco qui ætatem consistentem agunt, minus adolescentes, minime omnium pueri, præsertim qui ex eis sunt vividiores.

COMMENTARIUS.

Indicatione sumpta à diversitate ætatis diversa victus ratio instituenda est, alimentum enim adhibetur ut eo reficiamur, sed vires efficiunt refectionem; Ubi igitur vel vires non similiter valent, vel refectionis necessitas non similiter urget, ibi nec eadem victus ratio observanda est, sed magis urgente necessitate & valentib. virib. magis reficere ac celerius, citiusq. cōmota necessitate reficiendi. Necessitas autem refectionis non similiter per omnes ætates urget, quib. enim calor validior est, validiores sunt resolutiones, & refectionis necessitas sequitur præcedentem resolutionem. Hac de causa recte dixit Hipp: senes facillime jejunium ferunt & tardius incidunt in alimenti defectum, minusq. ab eo læduntur, quod tardius dissolvantur ob paucitatem caloris, & membra quæ dissolvi debent sunt solidiora. Deinde reliquas ætates percurrit, quas non erit à proposito alienum hic recensere. Ætates itaq. quinq. sunt Pueritia quæ ad 12 & 13 annum attingit. Pubertas quæ adolescentiam continet a 13 in 25. Juventus à 25 in 35. Subsistentia à 35 in 49. Deinde Senectus, et ad finem Decrepita. Hinc totius aphor: ratio constabit; Nam post senes sequuntur subsistentes; tertio loco juvenes, quorum non meminit Hippocrates; hos sequuntur adolescentes, ac postremò

pueri. Nam pueri minimè omnium ferunt jejunium quia facilimè dissolvuntur, tum ob causam agentem, calorem scil: qui multus est, tum ob subjectum, humorem scilicet tenuissimum, ac proinde dissolutu facillimum: Juvenum calor æqualis est calori puerorum intensione, excedit tamen eundem qualitate energetica i. acrimonia; qua validius quidem dissolvit, minus tamen reficit. Cæterum humidum in juvenibus, crassius est & minus dissolubile; subsistentium adhuc minus; minimè senum qui præter duritiem parvum habent calorem & propterea maxime ferunt jejunium. Hoc intelligendum est de primis senibus non de decrepitis, hi enim parcè & sæpe nutriendi sunt; ne alioquin parvus ille calor quo fruuntur copiâ extinguatur. Dicit præcipuè calidiores mediam non posse ferre, intelligens per eos temperatura calidiores, nec mirum siquidem calor quo major est eo citius pabulum decoquit, ac proinde ventriculus novum expetit.

APHORISMUS. XIII.

Qui crescunt plurimum habent calidi innati, plurimo igitur egent alimento, alioqui corpus consumitur: senibus verò parum calidi inest, paucis propterea fomitibus egent, siquidem à multis extinguitur. Ob eandem causam senibus febres perinde acutæ non fiunt, frigidum enim eorum corpus.

COMMENTARIUS.

Calidum innatum substantiam significat duabus qualitatibus, calore scilicet & humiditate abundanter præditam: Estque hæc substantia aërea, & aliqua ex parte aquea, qualis reperitur in corpore humano prima generatione, orta scilicet ex semine & sanguine menstruo: Calor hic manet in partibus

solidis, sanguine & spiritu. Substantia calidi innati ut
à calore dissolvitur, sic ab eodem reficitur ut agente,
utendo alimento pro materia. Quod autem reficitur aliqua-
do pravum est & à natura nostra alienum, aliquando vero
bonum, nunquam tamen tam perfectum, quam erat quod
dissolutum. Quare & hinc est quod corpora semper tendat
in siccitatem & consumptionem, in calorem & humorem
minus nativum, & tandem ad mortem. Et ut substantia calo-
ris nativi est tenuis, & dissolutu facilior ob substantiam aë-
ream & aqueam; ita est etiam alius calor terrestris ac pro-
inde siccior & magis igneus. Hoc postremo calore plurimū
evaporatur humidum radicale, quod cum calido innato unum
idemq; est. Præterea de his caloribus; innatus dicitur ma-
jor substantiâ, seu potius quantitate substantiæ aut intensio-
ne, quam sit alter terrestrior sci: quamvis terrestrior
qualitate sua priorem excedat, acrimonia scilicet & mor-
dacitate. Qui itaq; crescunt plurimum habent sub-
stantiæ calidi nativi; juvenes habent plurimum acri-
moniæ caloris; qui vero non crescunt habent calores in-
tensione pares. Hisce itaq; prædictis patebit hunc aphoris-
mum esse quasi prioris confirmationem. Dicit enim qui au-
gentur sive crescunt plurimum habent calidi innati: quod
si ita est plurimo egent alimento, ac proinde minus omniū
ferent jejunium. Ratio hæc est qui celerius dissolvuntur
minus jejunium ferunt: et qui plurimum habent innati ca-
lidi celerius resolvuntur, minus itaq; ferent jejunium;
quapropter eos uberius alere expedit. Senibus vero pau-
cum est calidum, ideoq; paucis fomitibus egent; calidum
inquam & innatum & adventitium quod statim à juventute mi-

nuntur. Paucus enim calor pauca dissolvit & parcam refectionem valet efficere. Colligit ad finem dicens Ob eandem causam senibus febres perinde acutæ non fiunt frigidum enim eorum corpus. Ubi enim nativus calor paucus est febres non accenduntur vehementes, fiunt enim ejusmodi febres nativo calore in igneum mutato; In pueris sane & juvenibus tam calor membrorum, quam sanguinis & spiritus copiosus est, ideoque non mirum si facile inflammentur. Senes autem in magnum calorem febrilem mutari nequeunt, nisi vehementissima accedente causa, & quæ lethalem morbum inferre valeat: Non igitur putandum est senes nunquam in validas febres incidere, sed raro: Nec hoc est quod Hipp: dicit, ut patet ex collatione facta juvenum cum senibus, his enim dicit febres non fieri perinde acutas ac juvenibus. Imo febres biliosæ sunt multo vehementiores in senibus quam in juvenibus, sed tamen non ita frequenter iis accidunt & hæc est mens Hipp:

APHORISMUS XIV.

[redacted]

* et somni longissimi

Ventres hyeme ac vere natura calidissimi * per ea igitur tempora plus cibi dare oportet, siquidem plus nativi caloris habent, unde et pluribus egent alimentis; judicio sunt ætates et athletæ.

COMMENTARIUS.

Hoc aphorismo agitur rursus de quantitate alimenti, quā majorem debere esse Hyeme & Vere quam cæteris anni temporibus, hoc argumento probat quod tunc ventres sint naturâ calidissimi; Deinde altero hoc argumento idem probat quod plurimum habeant calidi innati: quasi diceret Cum ventres plurimum innatum calidum habent, & longissimo dormiunt somnio, plurimo opus est alimento: Atqui Hyeme & vere ventres plurimum hunt innati calidi, & longissimo somno detinentur. E. Hyeme & vere plurimo egent alimento: Hypothesim probat similitudine ducens, judicio st. ætates & athletæ. In his enim plurimum est innati calidi, ac proinde plurimo egent alimento. De pueris constat ex aphorismo præcedente quod scilicet augeantur: De Athletis ex aphorismo secundo. Cæterum annus ipse totus quatuor partibus dividitur. Hyems frigida est & humida; Ver calidum & humidum seu, ut Galenus mavult, temperatum; Æstas calida & sicca. Autumnus frigidus siccus. Hyeme ob frigiditatem ambientis, calor interius colligitur, per eam quam appellant antiperistasim; à frigiditate enim äeris, caloris contraria, fit ut meatus per quos calor foras spirare foras deberet, constringantur, & frigus calorem repellat, & ea de causa ventres calidiores reddantur eo tempore. Sunt autem Ventres hoc loco Ventriculi jecoris, thoracis, & cerebri cavitates. Nec tamen id omnibus evenire asserimus, sed ijs tantum, ut vult Galenus in quibus calidum innatum abundat. Corpora itaque calida accedente frigore hyemis validiora redduntur collecto calore nativo sanguine sci: & spiritu

(qui intelliguntur ab Hipp: per calorem innatum) ad viscera. Spiritum autem & sanguinem intelligi vel ex eo patet, quod dicat & in præcedenti Aphorismo & in hoc quod sit plurimus calor qui alimentum faciat: alimentum autem est a calore sanguinis ejusque spiritu. Et hæc est explicatio Galeni. Præterea dicit Hipp: Vere calidissimum esse ventrem, non de toto vere id intelligens sed de prima ejus parte, quæ hyemi proxima est, & hyemis naturam servat. Somno præterea longissimo corripi animalia Hyberno tempore experimentum docet, causa autem non est difficile invenire. Nam eo tempore sanguis ad viscera colligitur, alimenta plura sumuntur, coctio validior est, & inde vapor multus cum sanguine ad caput evolat qui mentem opprimit, & occludit meatus facultatis animalis, quod somnum naturalem efficit longum, accedente frigore ambientis non permittente vapores capitis dissolvi, ut post somnum vigilia sequatur nisi longo tempore id fiat. Galenus ad noctium longitudinem id refert quæ causa mediata est. Ex his Hipp: colligit corpora egere plurimo alimento, quod etiam abundante nativo calore validæ fiunt coctiones, distributiones & nutritiones. Neque obstat quod alimentum pro ratione dissoluti offerri debeat, minus autem dissolvitur hyberno tempore occlusis meatibus. Nam dissolutio non parva fit, etiamsi sensum effugiat. Per urinam etiam copiosior fit excretio tempore hyberno. Adde quod hyeme sanguinis copia augetur & caro accrescit: in his itaque abunde distribuitur alimentum carni, sanguini, & halitui. Hæc autem probe peraguntur per id tempus, coctione, sanguificatione, & nutritione. Neque contradicit sententiæ Hipp: quod hyeme multa pituita in ventriculo generatur. Quamvis mirari videatur Gal: in suo co=

mentario qua ratione hæc stare possint. Dixit n: Hip: lib. de Humana natura: Ineunte hyeme bilis, quia jam refrigeratur imminuitur, & pituita de integro augetur, tum à frequentibus pluviis, tum noctuum longitudine; Hoc Aphorismo autem. Ventres hyeme & vere calidissimi sunt natura: Si enim calidissimus venter est optimam efficiet coctionem & sanguificationem; pituita verò crudus humor est. Quod Hipp: pituitæ generationem ad pluvias retulit & noctiū longitudinem, idem est, ac si dixisset pituitam à frigiditate generari quæ viget noctu ob solis absentiam, atque etiam interdiu ob solis recessum, aut si mavis à perpendiculo, declinationem. Pluviarum quoque multitudo alteram quoque qualitatem adjungit ad pituitæ generationem, nempe humiditatem. Sed quare hæc non vincuntur à calore innato, quem plurimum hyeme continere in ventriculis dixit hoc aphorismo. Respondetur quamplurimis accrescere pituitam: quoniam quamvis in ventriculo calor multus sit, qui alimentum superat, pituita in ipso genita, in jecore & venis inconfecta relinquitur, calore se insinuante ad ipsum jecur propter ambientem frigiditatem: atque hoc accidit illis quibus vestium penuriâ frigus totum corpus quasi perspirat: Galenus vult hunc aphorismum intelligi debere tantum de sanis: sed Christ: à Vega eundem de ægrotis intelligendum existimat, quod illis quoque ob copiam nativi caloris plurimum alimentum conducat, quamvis sæpe oblatum et per vices divisum.

APHORISMUS XV.

Victus humidus febricitantibus omnibus confert, maximè verò pueris, et alijs qui tali victu uti consueverunt.

COMMENTARIUS.

Indicationes curationis sumuntur ab affectionibus, corpore affecto, parte affecta, & caussis exterioribus. Ab affectione, quæ contra naturam est, indicatio sumitur de adhibitione victus contrarij; Et cum febris sit affectio calida, postulat victum refrigerantem; & cum sicca victum humectantem. A corpore autem affecto indicationes sumuntur nempe ab ætate, temperatura, & consuetudine. Hæc tria secundum naturam sunt, temperatura naturalis, & ætas quæ naturalem adfert temperaturã ætati respondentem, & consuetudo quæ adscititia quædam natura est; Ab hisce tribus unam indicationem sumit Hipp: quod humidum victum postulent; febricitantes quia curatione egent, ætas puerilis, & ciborum humidorum consuetudo, quia humida sunt humidorum exhibitione servantur. Verum distinguendæ sunt febrium causæ. Cum enim febris est ab humore frigido, crasso ac lento, extenuantibus, calefacientibus & quodammodo siccantibus utendum est: vel curatio converti debet ad id quod magis urget: Febri tamen qua febris est, curatio per omnem victum humidum debetur ut per alimenta, potum, balnea, äere humidum, quietem, & somnum.

APHORISMUS XVI.

Quibus etiam semel-ne, an bis, et plus minusve et gradatim præbere cibum conveniat, spectandum. Dandum verò aliquid tempori, regioni, ætati et cõsuetudini.

COMMENTARIUS.

Hoc aphorismo monemur considerare, an semel, an sæpius sit offerendus cibus, & an plus an minus sed gradatim idest per partes, ad quod probe exercendum dandũ est aliquid tempori, regioni, ætati, & consuetudini. hæc

enim non parum conducunt ad rectam ciborum præscriptionem. De temporibus anni dixit aphori: 14 hyeme & vere plurimum alimenti convenire; sequenti autem apho dicetur quibus anni temporibus facilius aut difficilius ventres ferunt alimenta. Hyeme itaque multum alimenti præbemus ob caloris abundantiam, & raro quia ægrotantes non egent multa adjectione, cum non multa fiat dissolutio. Æstate paucus cibus offerendus est propter paucitatem nativi caloris, sed sæpe ob multam dissolutionem; Initio veris ut in hyeme alemus; ad finem fere ut æstate, minus cibi quam hyeme, sed in plures partes divisi præbentes. Medio vere paucus convenit cibus, verum raro; periclitantur enim febricitantes in plethoricas incidere dispositiones. Autumno cibus paucus est offerendus, sed sæpe, neque tamen adeo frequenter ut æstate; Cum etiam accedente frigore hyemis, quantitatem augere conveniet. Regio autem non alio modo quam tempora anni indicat, quando in frigidâ regione uti hyeme alere convenit, calidâ sicut æstate, temperatâ ut vere medio. Ætas quoque indicat pro ratione temperaturæ, quæ validum habet aut imbecillum calorem, ut inde pluri cibo egeat, aut pauciori, & frequentius aut rarius repetito, nam pueri plurimo egent alimento quoniam validum habent calorem innatum; sæpius vero eisdem exhiberi debet, quoniam facile exhalant ejus spiritus & humores: Juvenes multo egent cibo, sed raro; quoniam innatus eorum calor est validus, & non dissolvuntur facile. Subsistentes paulo minori quantitate egent, & rarius. Senes primi minorem postulant quantitatem, & raro in quibus calor non est multus nec dissolutio. Postremi senes fre=

quenti egent ciborum administratione, semper in parva quantitate, ut vires extremè languidæ sufficiant ad cibi mutationem, & abundè reficiantur & reparentur. Hæ sunt indicationes quæ sumuntur ab his quorum Hipp: meminit; Sed præcipuam indicationem sumptam a partitione ciborum institutâ collatione ad vires nobis considerandam reliquit. In toto igitur victu ritè instituendo duo potissimum sunt spectanda vires scilicet ægrotantis & morbi longitudo, ut patet ex Aphor: 8. & alijs. Hæ sunt quantitatis ciborum veræ & perpetuæ indicationes, quarum gratia licet ob virium constantiam, & morbi magnam brevitatem omnino à cibis abstinere toto morbo. - Si facultas languida est, cum humorum defectu; alimenta sæpe offerenda, sed in parva quantitate, quia natura tantum parum potest superare, & multo cibo eget, quod fit in febribg hecticis, & in revalescentibus ex morbis à materia. Verum si cum languida facultate adfuerit humorum corruptio, facultatem morbo conferemq, & morbi statum conijciemq juxta normam aphor: 11. & ita totam quantitatem offerendi cibi definiemq; deinde eam quantitatem quæ singulis diebg ipsi debetur, ita partiemur, ut facultas probè possit superare singulas partes. At si cū languida facultate adfuerit bonorum succorum mediocritas, aut abundantia, abundantiam primò minuemq ex regulis artis ne facultate languida existente plethorica dispositio transeat in cacochymiam, id enim perpetuò fit, naturâ nequeunte gubernare quod supra vires est. Mediocritate tamen manente, vires & morbi longitudinem conferemq, & quantitatem singulis diebg respondentem dividemq, ita ut facultas possit probè superare singulas partes, servata consuetudine prandendi & cœnan-

di quantum fieri possit, quod non parum conducit, ut contrarium manifestè nocet teste Hipp: lib: 2 de ratione vict: acutorum, ubi recenset noxas quæ sequuntur ad mutationes horarum assumendi cibum, & dimissionem prandij aut cœnæ. Si tamen facultas valida fuerit, cum humorum defectu, multum cibi ac sæpè exhibere licet; Si cum humoris corruptione, parum & raro; parum, quoniam robusta facultas paucum cibum exposcit: raro verò quoniam decet naturam correctioni, coctioni, & evacuationi corruptorum humorum vacare permittere. Nec tamen ea ratione multam quantitatem cibi simul offerre robustæ facultati convenit, quoniam hæc non benè coquit quod parum est, exemplo sumpto à sanis qui improbè cibos parvos mutant: Nam robustâ admodum facultate in morbo peracuto alimq ægrum jure pulli aut ptisanâ, nec propterea malè habent, & quod de sanis dicitur non facit ad rem: quoniam ægri non tantum in coctione ciborum sunt occupati, sed multo magis in propugnandis pravis succis. Sed si facultate valida existente, bonorum succorum adfuerit redundantia, hanc primo loco deminimq, & interim aut etiam mediocritate existente bonorum succorum, pro virium constantia & morbi longitudine, quãtitatem alimenti singulis diebq præscribemq, deinde ipsa ut in sanitate dividemq, quoad fieri possit consuetudine servatâ prandij & cœnæ, consideratis quoqz accessionibus si quæ adfuerint.

APHORISMUS XVII.

Æstate et autumno cibos difficillimè ferunt, hyeme facillimè, verè minus.

COMMENTARIUS.

Hoc aphorismo comprehenduntur tam sani quam ægri ut etiam præcedenti 14. Differt autem hæc sententia ab illa

quoniam ibi agit de tota quantitate offerenda per anni tempora, hic verò docet an simul tota quantitas, anve per vices & partes administrari debeat, sumpto indicio à temporibus anni. Paucam quantitatem singulis vicibus esse offerendam docens æstate, & autumno, quoniam cibos difficillimè ferunt per ea tempora. Hyeme multũ licere præbere, quoniam eo tempore ferunt cibos facillimè, Vere autem medio modo, quoniam ferendi cibos mediam habet facilitatem. Horum causæ sumuntur à quantitate caloris nativi, quo enim tempore nativus calor validior ē, majorem cibi quantitatem sine molestia feret, ac superare valebit. Nativus autem calor ex aphor: 14 hyeme validissimus est, magnam igitur cibi quantitatem simul oblatam facilè feret. Æstas hyemi contraria est, & per ipsam nativus calor imbecillimus, minimè igitur omnium cibi copiam ferre poterit. Autumnum conjunxit æstati quoniam & in ipso languet calor, tum quia ex æstate mansit languidus, tum quia temporis inæqualitas non permittit ipsum convalescere. Vere minus hyeme, & melius quam æstate & autumno cibi quantitatem ferunt, quòd tunc plus nativi caloris habeant quam æstate & autumno, minus verò quam hyeme.

APHORISMUS XVIII.

Quibus per statos circuitus accessiones fiunt, nihil dare, nec cogere, sed demere ante judicationes.

COMMENTARIUS.

Confirmat Hipp: hic, quod docuerat aphorismo X. Nempe alendum non esse ægrum febre periodicâ correptum in ipsis

accessionibq idest in principio, inæqualitate, augmento, & statu accessus quemadmodum illud prolixe explicatum fuit in Commentario Aphorismi decimi.

APHORISMUS XIX.

Quæ judicantur, et judicata sunt integre, nec mouere, nec aliud quidquam nouare, seu medicamentis seu aliys irritamentis fiat, sed sinere.

COMMENTARIUS.

Hic aphorismus praxin spectat, quâ docetur an aliquid agendum sit nec ne. Cum igitur iudicationes perfectæ fiunt aut factæ sunt abstinendum est ab omni remedio, ita ut nihil moveamq neqq noveamq, neqq φαρμακείησι [illegible] purgantibq medicamentis, vel aliys irritamentis alteremq statum ægri, sed relinquenda est natura ut suo fungatur munere. Perfecte autem, judicari, aut judicata esse dicuntur, quoties natura noxium humorem vacuat, aut transponit in partem ignobilem; Bonas enim judicationes fieri diximq per manifestas excretiones, aut per effatu dignos abscessus; sed priores sunt meliores, omnes vero subitæ; Fit etiam in die decretorio perfecta judicatio, quod ad judicij securitatem necessarium reputat Galenq: quæ enim talis est nunquam redit. Decet etiam signa coctionis antecedere, aliâs secmq ex Hip. 1. de morbis popu: cruda, & incocta, & ad malos abscessus conversa, significare defectus judicij, vel labores, vel longitudines, vel eorundem mortes, vel reversiones. Præterea totus humor qui morbum facit evacuandq est; nam quæ relinquuntur in morbis post crisin, faciunt recidivas: Fieri debet præterea per locum convenientem: Si vero per regionem non convenientem fiant vacuationes non sunt cohibendæ, sed revellendæ cum vacuatione. Ubi igitur judicatio omnibq his numeris fuerit absoluta, & sine pravis symptomatibq fiat, jure ab omni auxilio erit abstinendum, & nullo modo movere conveniet sudorem

aut urinam, aut menses, nec novum facere medicamentis purgantibus, aut quovis alio irritationis genere, ut clysteribus, glandibus & similibus; sed sinere naturam operantem suum munus perficere, ne forte praedictis auxiliis, aut natura a munere distrahatur, aut plus justo operetur. Porro tardas naturae actiones aut vacuationes, quae alias bonae sunt, juvare licet, quamvis neque id sit necessarium, ubi non immineat aliunde periculum ex mora. Verum hae non sunt judicationes, cum non sint subitae vacuationes, aut transpositiones, sed sunt fines morborum per coctionem, aut similes sensim factae vacuationes.

APHORISMUS XX.

Quae educere oportet, quo maxime vergunt eo ducere convenit per loca conferentia.

COMMENTARIUS.

Dixerat in aphorismo praecedenti nihil agendum esse ubi judicationes integrae idest perfectae essent, hic vero docet ubi perfectae non fuerint & adhuc quaedam educere oporteat, ea ducenda esse quo maxime vergunt per loca conferentia: Convenit autem educere ea quorum vacuationem natura quidem tentavit, sed non perfecit: Natura vero dicitur tentare vacuationem cum commovet; ~~[illegible]~~ & parum aut nihil evacuandorum ejicit. Evacuationem facere oportet quo maxime vergunt .i. per quam partem natura coepit facere impetum. Quaedam enim signa decretoria antecedunt ipsas crises, quae sunt signa tantum, ut nausea, capitis dolor, nigra ob oculos apparentia, labii inferioris tremor, vomitus bilis, & pulsus temporum, oculorum hebetudo, nasi pruritus & rubedo ipsius atque oculorum fluxum sanguinis e naribus. Sunt & alia signa decretoria quae habent rationem signi & causae. cum aliquid vomitu aut ventris fluxu vacuari incipit, & stillae sanguinis e naribus, & cutis madores. Si praecedunt signa praedicta notum est quo vergit natura. Si igitur praecedentibus signis quae sunt tantum signa

natura nullam faciat vacuationem; aut praecedant signa quae habent rationem causae sed cum imperfecta & pigra evacuatione medicus eam perficere debet per loca conferentia: Conferentia loca sunt, Venter superior & inferior, meatus urinarij, cutis uterque & haemorrhoides, & venae quae ad nares sunt. Purgantur quoque per nares & palatum, capitis excrementa. Praeterea etiam ad loci conferentiam conducunt rectitudo, veluti in morbis jecoris, naris dextra; connexio, ut gibbae partes jecoris cum renibus, cavae cum ventre. Sic etiam si locus per quem fit vacuatio, laesus est & ulceratus, & si membrum in quod repit naturae actio fuerit praecipuum; omnia haec vitanda & in aliam viam convertenda est evacuatio; Sic etiam ubi humor sua natura fuerit admodum crassus, aut multus ut sudore aut urina facile educi nequeat. Galenus exponit sententiam huius aphorismi de actionibus quas natura tentat, & ob imbecillitate perficere nequit, libro adversus Erasistratum. De venae sectione dicens, quae ducere expedit, quo maxime natura vergit, per conferentia loca eò educenda. Siquidem tunc temporis id expellere conatur quod eam infestat; quod cum prae naturae imbecillitate perficere nequeat, medici auxilia implorat.

APHORISMUS XXI.

Concocta medicari ac movere, non cruda, neque in principijs nisi turgeant, ut plurimum vero non turgent.

COMMENTARIUS.

Hic aphorismus connectitur cum duobus superioribus, cum enim injunxisset abstinentiam ab opere medico cum natura perfectas atque integras perficit judicationes aphor: 19: & vigesimo docuisset quâ via educenda sint, quae educere expedit, non integre judicata: jam subnectit quae ducenda sint purganti medico, debent esse aut cocta, aut turgentia. Cocta, inquit, φαρμακεύειν .i. purgare, cruda non movere, neque in principijs nisi turgeant, ut plurimum vero non turgent. Praeter cocta, igitur, pauca sunt quae purgari debeant. Hanc

sententiam oraculum esse dixit Gal: lib: 4 de sanitate tuenda jure quidem quoniam hæc divina prope & summopere servanda est sententia. Quod præceptum quotidie se nobis offert, quando in omnibg morbis a materia pendentibg, præsertim in venis copiosa, statim de purgatione consultamg, tum etiam de purgaois occasione, acclamantibg omnibg fere medicis minorativam, quam dicunt, purgationem ab initio esse moliendam, & communes, quas ipsi vocant, materias, esse ducendas pharmaco, deinde totum reliquum humorem ad coctionem esse servandum. Nos vero perpetuo humores & excrementa, quæ in prima regione continentur, clysteribg primis molle coctis, & jure pulli, aut mercurialis ducimg, citra febrem humoralem quoqg si humor in primis venis contineatur; post attenuationem & incisionem si opus fuerit humorem purgamg agarico, aut elect: diaphœnicωv, cum febre vero purgans medicamentum cocto humore propinamg, aut ab initio si humor turget, turgentem autem appello cum Galeno agitatum de loco in locum & minime quietum, aut firmatū in parte quapiam, in Com: præsentis & primi sectionis 4. Principium tempg cruditatis est, cruda autem movenda non vult, neqg in principijs nisi turgeant, quoniam quamvis in principio & augmēto crudus humor sit, si quando convenit ipsum purgare, maxime in principio cum natura coctionem nondum est aggressa, nam in augmento meliq est dimittere naturam vacare coctioni. Crudo igitur humori medicamentum purgans non convenit, neqg in ipso principio, de quo magis credi posset, convenit tamen eo tempore si turget humor. Ubi vero non turgeant, cocta esse debent, quibus purgantia conveniunt medicamenta. Conveniunt etiam crudis quæ citra febrem parata sunt, in cutim, aut locum alium transfundi, & his qui nullam coctionem admittunt. Addit ut plurimum vero non turgent quoniam raro sunt humores per corpg agitati. Turgentia facile educantur quod non egeant nisi veluti manu ducente propter agitationem qua hac illac, tendunt.

APHORISMUS XXII.

Dejectiones non multitudine æstimantur, sed si quæ oportet dejiciantur, et facilè ferant. Atque ubi ad animi deliquium ~~dej~~ educere convenit, faciendum, si æger ferre possit.

COMMENTARIUS.

Eorum, quæ a corpore exeunt, quovis evacuationis genere quantitatem definire docet in præsenti Aphorismo, non ex multitudine excretorum, quod hæc nullam certam habeat mensuram, propter diversitatem, morborum, corporum, & temporum; sed ex conditione vacuati, & tolerantia ægri: Si enim talia evacuentur qualia oportet & æger facile ferat vacuationem, quantitas non excedit, ac proinde docet ipsam ulterius procedere, sive à natura sive ab arte facta sit, impedire autem oportebit cum aut non fuerint tales quales debebant esse, aut æger facilè ferat, ut patet ex Aphor: 1. hujus sectionis. Atque ubi ad animi deliquium educere convenit, faciendum si æger ferre possit .i. si facultas id ferat. Fert autem vitalis facultas aliquando maximas vacuationes, cum interim dum æger animo linquitur manu pulsui admota, agnosceimus ipsum aut constare, aut parum languere: cum enim sanguinem mittimus ad animi deliquium id exposcente morbo, manum pulsui admovemus, quem si manifestè minui videamus, statim venam claudere jubemus; in aliis namque vacuationibus quæ purgatione ventris, sudore, aut fluxu sanguinis narium fiunt, neque tuta res est, neque tale quidpiam facere aliquando tentabimus. Per animi deliquium intellige illud quod fit facultatis vitalis defectu ex nimia evacuatione, non malo nuncio, aut timore phlebotomiæ &c. Hanc autem evacuationem tribus de causis convenire docet Gal. in Commentario ob febres ardentissimas, maximas inflammationes, & dolores ingentissimos. Ob maximas inflammationes, evacuationis & revulsionis ratione, quam maximè

proficimq, tum quod sanguinis impetum inhibemq, & in fluxū vacuamq, tum quod perterrita natura solet ab omni loco distrahere cor per deliquiū animi. 2. In febribus ardentissimis a copia sanguinis, etiam putrescentis, quia sanguinis missio ad animi deliquium corpq universum refrigerat, & sæpe sudores aut aliæ sequuntur vacuationes, quæ ægrum liberant, quin etiā sola ipsa missio sanguinis, sine alia manifesta vacuatione id facere valet: In ardentissimis vero quæ a bile fiunt non ita, nam tutiq est in ipsis magnam aliquam bilis facere vacuationem. 3. In doloribus tamen vehementissimis maxīmæ sanguinis vacuationes plurimum valent, & ad animi deliquium distractā doloris causā. Nisi vires dissolverint, tunc enim non licet, hinc est quod Hippo: subjungat Si æger ferre possit.

APHORISMUS XXIII.

In morbis acutis raro, & per initia medicamento purgante utendum est, idqz diligenti cum præmeditatione facere oportet.

COMMENTARIUS.

Duo docet in præsenti aphorismo. Primum docuerat supra aphorismo 21. Dicit enim hic In morbis acutis raro & per initia medicamento purgante utendum esse; Dixerat autem supra aphor: 21. Cruda non esse movenda, neqz in principijs nisi turgeant, ut plurimum vero non turgent. hoc idem est quod raro conveniunt raro igitur medicamento purgante utendum est in principijs. Secundo loco monet ut id maturā præmeditatione faciamq. Hippocrates aphor: 21. de omnibq morbis intellexit Cruda non esse movenda nisi turgeant, in præsenti vero de solis acutis egit; De longis enim notius est quam ut egeat repetita admonitione, siquidem in ijs humores neqz turgent, neqz cogere videntur ad intempestiuas purgationes: Acutos morbos hic appellat qui intra diem 14

finiuntur. In acutis itaq; morbis, inquit, per initia medicamento purgante utendum est, sed raro, quoniam non conveniunt eo tempore, nisi humores turgeant, raro verò turgent; pauci namq; sunt per corpus agitati, & qui facilè possint ad loca purgationis vi medicamenti duci. Ex eò quod raro h. e. turgentibus medicamenta purgantia convenire dixit, constat quam sint reprehensione digni medici nostri seculi, qui nullum non purgant acuto morbo laborantem, aut in principio non turgente humore, aut in augmento. Omnes verò in statu dum fervetissimus morbus est, cum tamen à principiò ubi non turgent sit satis coctionem spectare, & in augmento permittere naturam vacare suo operi, & in vigoris prima parte, ipsam non distrahere à coctione, quæ tunc maximè fit, & in secunda attentè inspicere quo vergat natura, & an aliquam tentet judicatione, ne nos naturæ contrarium motum moliamur, & ipsius impediamus cursum. Nam in postrema jam jam inclinante morbo, cum natura non movet aut imperfectè movet, quamvis hic purgatione subticuerit, ipsam tamen præceperat aphor: 20. dicens quæ ducere convenit, quò maximè vergunt ducere oportet. Duo inde restant tempora purgationi oportuna, principium cum turgent morbi, & propè inclinante morbo aut jam inclinante. ut docet aphor: 29 sequentis sectionis. Morbo verò non turgente in principio, & in augmento instante acuto morbo quid agendum sit docuit Hipp: lib. 4. de ratione victus acu: sect. 45. dicens Corpus quieti permittere, ungere, & æqualiter contegere oportet, mulsamq; aquosam bibendam, & ptisanæ cremorem vesperi sorbendum dabis, ventrem ab initio clystere duces, sed medicamenta purgantia non admovebis. nempe si ventrem moveris urina non maturabitur, febrisq; tum citra sudorem, tum judicationem in longum protrahetur tempus: Causæ cur præmeditationem diligentem præscribat in secunda parte hujus aphor.

sumuntur à medicamentis purgantibus, humoribus vacuandis & ipsis corporibus. Medicamenta purgantia quæque humores familiaritate substantiæ vacuant calida sunt, & acuti morbi continuas febres conjunctas habent, quas medicamenta augent & irritant. De quibus Gal: l. 4. De ratione victus acu: comment: 12 inquit. Medicamentorum purgantium natura, corporum purgandorum naturis contraria est & velut lethalis ac deleteria. Non sunt tamen de hoc genere rosa, viola, serum, cassia quoque fistularis eccoproticum medicamentum est, & quod consequutionis ratione potius quam electione humores vacuet: De hac quidem & manna, & rheo, & syrupo rosato de novem infusionibus, & multis compositis medicamentis, quæ quamvis scammonium, turpetum, & colocynthim recipiunt, valdè moderata sunt, & correcta; dicerem. licere sane cum majori audacia iis uti, sed non intempestivè aut extra prædicta tempora. Humores vacuandi prius attenuandi & fluidi faciendi mulsâ, aut aceto mulso solis, aut adjunctis medicamentis easdem vires habentibus. si turgeant idque in principio; præparatio enim eorum statim inchoanda ob morbi brevitatem. Corporum quoque dispositio non parum considerandæ; nam ante purgationem decet inspicere, an pars aliqua de nobilioribus inflammatione teneatur, & an sit jecur, aut ventriculus, aut venter supra modum uratur, & distentus sit. hoc enim purgare non convenit, & an meatus laxi sint abundè. Cæterum bonâ illa præmeditatione tria significari refert Galenus. 1 Ut examinemus an conveniat purgare nec ne 2. An major noxa sequatur ex usu calidorum medicamentorum adaucta febre, quam utilitas ex malorum succorum vacuatione: 3 Ac deinque ut instituamus corporis præparamentum, per humorum præparationem ad fluxionem &

meatuum laxitatem: & recti judicij spectationem. Hoc est, ut medicus summa prudentia & omnibus recte perpensis judicium ferat de utilitate aut noxa, de tempore & medicamenti tum natura, tum quantitate; & de ægroti viribus, ut quoad fieri possit maxime noxam omnem metiatur, prospiciat ac præcaveat, & ægrum servet.

APHORISMUS XXIIII.

Si qualia oportet, purgentur, confert, et facile ferunt, si contraria difficulter.

COMMENTARIUS.

Cum hic aphorismus sit pars primi hujus sectionis ejusdem sensus satis patebit ex illius commentario.

HIPPOCRATIS APHORISMORUM SECTIO SECUNDA.

APHORISMUS I.

Quo in morbo somnus laborem facit lethale; si vero juvat, non lethale.

COMMENTARIUS.

Præsens aphorismus sicuti & nonnulli sequentes, ad partem artis prognosticam pertinet, lethalem docens dispositionem, per quam somnus in morbis lædit, non lethalem si juvat. Somnus quies est animalis facultatis ob vaporem mitem, qui occupat cerebri meatus; colligitur enim calor ad viscera per somnum, & interim laborat in coquendis, & superandis cibis, & siccis: vapor autem qui ex ijsdem elevatur in caput somnum conciliat, donec dissolvatur & animal a somno excitetur. Colligi quidem calorem ad viscera per somnum testatur Hipp: 6 de morb. pop: parte 4. dicens. Plane vigilans exterius calidior, interius frigidior. Dormiens contra, & rursus in somno

sanguis ad interiora magis fluit. Et lib: eodem parte 3. Labor articulis & carnibq, cibus & somnus visceribq. Unde manifestum fit somnum coctiones juvare, uti & Galenq l. 3. de causis symptomatu testatur, quoniam hæ per somnum meliores fiunt in ventre & corpore toto. Somnus enim cibos coquit, crassos humores superat, & acres mitigat humectatione: solet autem aliquando lædere hoc est laborem facere; Lædit enim in quibusdam morbis ut in caro, affectibq lethargicis, febribq à catharre ortis, & in quibusdam morborum temporibq, ut in accessionum principÿs semper, in augmentis earundem plerumqq, & aliquando in summis vigoribus, præsertim febrium ortarum à pituita. In declinationibus autē semper solet à natura juvare somnus. Cum enim in accessionibus humor totus dissolvi debeat, in principÿs cum humor colligitur, & facultatem gravat interiq somnus nocet, aut quia majorem efficit reclusionem, aut quia diffusionem impedit: In augmento simili ratione nocet: In statu aliqua ex parte crassis peccantibq succis impedit dissolutionem, & multitudine opprimitur calor: In declinatione verò neqq oppressionis caloris, neqq reditus humoris ad interiora periculum imminet; dissolvitur autē facilè quod reliquum est, & si quid in visceribq manet id coquitur & superatur. Quod si hoc tempore, quo somnus naturâ juvare solet, noceat, lethale signum est teste Hippo: significat enim in visceribq adesse inflammationem quæ ex somno eo tempore irritatur. Et quamvis non valdè noceat, neqq hoc innuit Hipp: valde malum tamen signum est; quoniam deberet natura sua juvare, & non juvat, sed præterea nocet, quæ duo mala sunt alterum privativum, alterum positivum. Neqq etiam sequitur si lethalis dispositio est ipsam adeò malam esse, ut necessario mors sequatur, sicuti neqq ad multas alias quæ ab Hipp: lethales censentur, sed sunt de his, quæ lethales nominantur, & quas cum salubribq conferre oportet, & numero, & dignitate, antequam mortis præsagium feramq. Si verò juvat, inquit, non-lethale: somnq enim per prædicta tempora suapte natura juvat: quapropter eo juvare non erit valde bonum, sed erit non malum,

ac non lethale, quamvis aliorum malorum signorum ratione æger mori possit. Præterea dicere poterimus somnus si juvat non tantum esse signum non malum, sed etiam bonum; siquidem est simul bonum ut signum & ut causa. Ut signum quia indicat bonum vaporem ad cerebrum ascendere, & calorem non admodum acrem, & naturam humores ac cibos coquere, a quibus vapores suscitat. Ut causa, quia juvat & vires animales reparat.

APHORISMUS II.

Quando somnus delirium sedat, bonum.

COMMENTARIUS.

Somnus multa symptomata ut dolorem, sitim, ardorem, & mentis agitationem solet sedare; Hipp: hic postremi tantum facit mentionem, & est quasi continuata oratio cum præcedente aphor: ac si dixisset, si verò juverit, non lethale ut quando somnus delirium sedaverit, bonum. In præcedenti aphorismo dictum fuit per illud non lethale intelligi etiam bonum, quod præsens aphorismus comprobat. Somnus igitur delirium, sitim, dolorem vel inflammationem sedans bonus.

APHORISMUS III.

Somnus & vigilia, modum si excesserint, malum.

COMMENTARIUS.

Immoderata nec se naturaliter habent nec bona sunt. Dormire supra modum malum est, quia significat multam cerebri frigiditatem, aut humiditatem aut utrumque. Cum sola humiditas abundat somnus justo longior est, frigiditate verò abundante sola, aut simul cum humiditate, comata fiunt et graves sopores, qui non tantum longi sunt, sed & difficilem habent expergefactionem. Somnus justo longior significat quoque crassos, multos, frigidos ac lentos humores in cerebro contineri; malum autem hæc sequitur ratione causæ, quia ab his facultas animalis opprimitur, & per consequens vitalis etiam, laborantibus scilicet instrumentis respirationis,

tepescit corpq, & excrementa retinentur. Vigilia rursus moderata significat dissolutionem vaporum suavium, somnum naturalem efficientium, cum vero modum excesserit, calorem aut siccitatem aut utrumqz abundare, ac proinde causa est virium dissolutionis, cruditatum, corporis ariditatis, & delirij. Si igitur vel somnus vel vigilia modum excesserit malum.

APHORISMUS IIII.

Non satietas, non fames, neqz aliud quidquam quod naturæ modum excedat bonum est.

COMMENTARIUS.

Ex hoc quod quæ naturæ modum excedunt bona non sunt duo adfert exempla. Satietas enim & fames immodica mala, h. est ciborum appetentia nimis, vel immoderata eorundem aversio mala est.

APHORISMUS V.

Spontaneæ lassitudines morbos denunciant.

COMMENTARIUS.

Lassitudines factas absqz manifesta causa morbos ostendere, quamvis non omnino præsentes, sed futuros docet Galenus lib. 3. de sanitate tuenda, dicens, Lassitudines ulcerosæ acres significant subesse succos. Tensivæ multos, phlegmonis speciem referentes, utrumqz musculos occupare. Adhæc verò facilè morbi nascuntur, quos ipsæ lassitudines venturos jam ostendunt ac prænuntiant.

APHORISMUS VI.

Quicunqz parte aliqua corporis dolentes, dolorem ferè non sentiunt, ijs mens ægrotat.

COMMENTARIUS.

Quicunqz dolentes, hoc est teste Gal. (lib. 7. de Plac. Hip. & Platonis) causam doloris habentes, magna ex parte causas dolorum non sentiunt ijs mens ægrotat. Per dolorem igitur causa doloris intelligenda est. Sunt autem doloris causæ quadam

immediatæ, ut intemperies inæquales, & solutio continuitatis quædam mediatæ quæ hæc inducere possunt. Qui itaque causas habet dolorificas, & ipsas magna ex parte non sentit, mente ægrotat, siquidem nimiam mentis turbationem, & vehementibus imaginationibus distractam esse significat, ac proinde dolorificas causas ferè non sentire. Non enim eas omnino non sentire necessum est ad aphor: veritatem, ut quidam cum Philotæo transtulit. Hisce ita expositis cætera satis sunt plana.

APHORISMUS VII.

Quæ longo tempore extenuata sunt corpora, sensim reficere oportet: quæ verò brevi, citò.

COMMENTARIUS.

Pari proportione fieri debere & extenuationem & refectionem docetur hoc aphorismo. Tota sententia ad vires reficientes refertur. Cum ergo vires constare non possint ex longa extenuatione, neque multum alimenti superare valebunt neque brevi reficere; Contra verò subita extenuatio cum vires non labefactat citò reparanda; nam vires validæ multum alimentum evincere possunt, à quo refectio fit ut à materia. Vacuationes spiritus & humorum sequuntur extenuationes repentinas, non solidorum corporum dissolutio. Cum autem virium firmitas in solidarum partium substantia, & temperamento qualitatum consistat, quæ per breves morbos raro dissolvuntur, reparabitur procuidubio jactura spiritus & humorum si sufficiens præbeatur alimentum. Corpora verò longo tempore extenuata, non tantum spiritus & sanguinis diminutionem patiuntur, sed etiam solidorum membrorum, quibus dissolutis vires labefactantur, quæ non nisi longo tempore refectionem efficient, sensim superato alimento. Notandum est interim subitas extenuationes aliquando etiam dissolvere partes solidas, si nimirum diutius perseveraverint.

APHORISMUS VIII.

Si quis à morbo cibum assumens, vires non recipiat, copiosiore alimento corpus uti significat: si verò modice commedenti idem accidat, vacuatione indigere sciendum est.

COMMENTARIUS.

Hoc aphori: agitur de ijs qui post morbum vires non recuperant, doceturq; illius rei causa. A nimio enim cibo refectio impeditur, quod naturales facultates quæ cibos coquunt & distribuunt quasi suffocentur: Si verò modice comedenti idem accidat, significat aliquid ex morbo reliquum esse quod refectionem impediat: illud igitur vacuandum, quia Impura corpora quo plus nutries eò magis lædes; Aph: 9. qualia sunt quæ quod noxium est continent. His verò missio sanguinis debetur sanguine redundante aut omnib; succis ad portionem; si verò unq tantum, purgatio

APHORISMUS IX.

Impura corpora quo plus nutries eò magis lædes.

COMMENTARIUS.

Subjungitur hunc aphor: præcedenti, quod sit ratio postremæ illiq particulæ, quamvis aliàs sit decimq. Impura corpora hic sunt in quibus assumpti cibi corrumpuntur, & lædunt, ea quo plus nutries eò magis lædes; similiter ac si in cœnosum puteum aquam limpidissimam fundas tota turbida fiet, ita impuris corporib. bonum quamvis alimentum præbueris, eo tamen non nisi corruptionē augebis.

APHORISMUS X.

Corpora cum quis purgare voluerit, oportet fluida facere.

COMMENTARIUS.

Purgationem præcepit Hipp: aphoris: 8. hic verò docet quid faciendum sit ante purgationem, nempe corpora ut sint fluida; Fiunt autem talia ubi meatus laxantur, laxitas verò ista humectatione paratur, tum quia omne humidum cedit, & facilè extenditur; tum quia humores, qui è corpore ducuntur medicamento, ubi humidi fuerint, fluent suapte naturâ, & tractioni magis obedient. Utrumqꝫ igitur assequemur humectatione, meatuum laxitatem, & humorꝫ fluxibilitatem atqꝫ hæc cibo & quiete: Cibus enim omnis humectat quâ cibus est, sed humidus eligendus hoc loco. Quies verò facultatem hēt humectandi quoniam est privatio motus qui dissolvit; Balneum etiam purgationi aliquando non inutiliter præmittitur, quod ita corpus humectetur, laxetur, & humores fluidi fiant, juxta consilium Hipp: lib. 6. de morb. pop: part: 5. Elleborum bibentem citò purgare si velis, lavare atqꝫ comedere. Notandum est interim, balneo præparari debere tantum corpora ista quæ non fuerint valde plena, aut ista quæ sunt in declinatione; ante id verò periculum est ex balneo incidere in magnum aliquem morbum ex fluxione, aut plenitudine dilatatis humoribus ac diffusis, balneo aquæ dulcis tepidæ: cuiꝫ gratia purgationes citius fient assumpto medicamento; & cum minori molestia. Præparantur etiam corpora & humores clysteribꝫ & syrupis extenuantibꝫ, & incidentibꝫ ubi morbus concedit. Præterea humoribꝫ adhuc turgentibꝫ Galen: occasionem arripi docet, comm: præcedentionis, præbendi in potu mellicratum ex decocto origani, ita origani, aut hyssopi. Hipp: perpetuò curat humores fluxiles facere ante purgationem incisione, & attenuatione (quamvis tenues alias sint) & humectatione. Hinc Arabes cum quempiam purgare volebant, expectabant tempꝫ pluviæ. Cui rei experimentum subscribit, fiunt enim faciles & sine molestia, purgationes

factæ flante Austro, & descendente pluvia; flante autem Borea, & non præparato corpore, neqꝫ extenuatis humoribus, molestæ cum angustia, torminibus, vertiginibus, nauseis, inquietatione, pulsuum variatione & animi deliquio.

APHORISMUS XI.

Facilius est potu refici quam cibo.

COMMENTARIUS.

Refectio convalescentium fit cibo, facilius autem potu, & facillime odoribꝫ teste ipso Hip: lib. de alimento. Natura siquidem nostra constat sanguine, spiritu, & solidis particulis, à quibus si quidpiam dissolvatur refectione opus est: Hanc ita perficimꝫ. Si solidas partes reficere volumꝫ (quæ ex humoribus fiunt) alimenta commoda adhibemꝫ, & ita humores reparamꝫ, & inde membra. Quod si in spiritu facta fuerit resolutio, vel solis odoribꝫ id præstamꝫ, ut cum subito casui vitiam subvenire volumꝫ. vel etiam potu vini, aut juris, aut liquidi cujusvis, quod alendi vires habeat; ita enim spiritus quamprimum recreantur, deinde humores, & tandem membra. Idem faciunt alimenta solida, spiritum vaporibus suis reficientia. Odores autem neqꝫ humores, neqꝫ membra reficere valent, cum eam consistentiam assequi nunquam possint (quamvis intelligam vapores concretione posse in aquam transire) nam humores in jecore, ventre & venis generantur: odores verò in caput ascendunt, & naribus aut ore sumuntur. Adhæc spūꝫ duas habent generationis materias alteram ex vapore alimenti, alteram ex aëre inspirato, hanc secundam odores accomodatissimam præstant. Corpora igitur reficiuntur sensim per alimenta, celeriꝫ per potum vini præsertim, & odorati citius; celerrime odoribus: Notandum tamen refectionem eo minus durare quo celeriꝫ facta fuerit. Tardius itaqꝫ vina nigra, crassa & acerba nutriunt, sed eorum nutrimentum magis durat: Contra vina alba urinā citiꝫ movent &c.

APHORISMUS XII.

Quae ex morbis post crisim relinquuntur,
recidivas facere consueverunt.

COMMENTARIUS.

Hic aphorismus est ratio secundae particulae aphor: octavi:
Si enim vacuatio non fiat eorum quae refectionem impediunt
post morbum, recidivus fiet aeger. Siquidem reliquiae istae pu-
trefieri ac corrumpi solent, corrupta verò morbum priori si-
milem efficient: Meritò igitur dictum fuit, supra eas pur-
gatione evocandas esse. Per crisim hic intellige morbi fine,
ut Hipp: saepe lib. de morbis pop: non subitam mutationem ad
salutem vel mortem. Signa reliquiarum haec sunt ex Hipp.
lib. 6. de morbis pop: sitis, oris siccitas, insuavitasque & ci-
borum fastidium, quae indicant talia corpora purgatione in-
digere ne in morbos recidant.

APHORISMUS XIII.

Quibus crisis fit nox quae accessionem praecedit
gravis: quae verò subsequitur levior ferè solet
existere.

COMMENTARIUS.

Hoc loco crisis subitam mutationem ad salutem aut mor-
tem, per manifestas excretiones, aut effatu dignos abscessus
significat. Quae tribus partibus constat, conturbatione, vacu-
atione & alteratione. Galenus magis proprie crisim dici -
voluit de antecedente conturbatione, quae agnoscitur decre=
toriis signis, quae signorum & accidentium rationem habent
uti difficile spirare, caput dolere, mente turbari, jactare se
à capite in pedes lecti, delirare, convelli hypochondria, la:
chrymas involuntarias fundere, rigores & varii pulsus.
Ubi igitur judicatio instat nox accessionem & ipsam crisim
praecedens gravis erit, si ad ipsam haec omnia affluant quae

solent judicationem antecedere. Si enim morbus accessionē habuerit crisis & paroxysmus coincident. Nox eò molestior est ante crisin, quod tunc quiescere soliti simus. Et si crisis fiat nocte dies præcedenti erit inquietus æger, sed tamen non ita molestabitur, ac si ~~[illegible]~~ nox esset critica. Quæ verò sequitur facilior plerumque est quoniam excreta jam causa morbum faciente æger levior redditur, qui alias veluti sarcina a multitudine ac malitia ante crisin opprimebatur ac consultabatur.

APHORISMUS XIIII.

In fluxionibus alvi, mutationes excrementorum juvant, nisi ad mala mutatio fiat.

COMMENTARIUS.

Sententia huius aphor. de fluxionib. ventris sponte factis intelligenda est: nam etsi vi medicamenti pravi humores vacuentur, id tamen auctore hipp: aphor: 21 sect: 4. non est malum. Mutatio itaque dejectionum juvat nisi in mala fiat. Mala autem quæ sint docet prog: 22. l. 2 dicens his autem magis lethales erunt nigræ, vel pingues vel lividæ, vel æruginosæ, et fœtidæ; Et prog: 23 inquit Variegatæ tamen dejectiones his diuturniores sunt, sed nihilominus lethales. Sunt autem tales ramentosæ, & biliosæ, & cruentæ, & porraceæ, & nigræ, nonnunquam quidem simul, nonnunquam verò vicissim procedentes. Quando itaque dejectiones in has mutantur morbus longus significabitur ac lethalis; cum imbecilla facultate lethalis, cum robusta, longus, ac proinde non juvabit talis mutatio. Verum hoc ita perpetuum non est, nam lividæ cruentæ, biliosæ & fœtidæ dejectiones, si notis coctionis præcedentibus exierint bonæ esse possunt: Pingues autem & ramentosæ non item.

Juvabunt itaque mutationes spontaneæ excrementorum si non habeant aliquem ex prædictis malis coloribus e.g. si bilis purgatur, & deinde pituita sequatur, & ex pallido aut rasso colore albus eveniat, vel si post crudas & subpallidas dejectiones coctæ sequantur, juvabunt sanè tum ratione purgationis universi corporis, tum ratione coctionis qua naturam invalescere & morbum superari evincitur.

APHORISMUS XV.

Ubi fauces ægrotant aut pustulæ in corpore exoriuntur excrementa inspicere oportet; nam si biliosa fuerint una corpus ægrotat: si verò sanorum excrementis similia tutum est corpus alere.

COMMENTARIUS.

Si fauces ægrotant, aut in corpore pullulant tubercula aut ulcuscula, natura videlicet valente in ambitum corporis mittere excrementa calida, aut è medio capite destillationis modò in fauces, tunc opus est aut purgatione aut refectione. Purgatione si corpus unà ægrotet, non refectione, quia non pura corpora quo magis nutries eò magis lædes. Si verò non ægrotat corpus, tunc refectione opus erit, non purgatione, cum corpus a redundantia malorum succorum liberum sit. Illud autem cognoscetur ex excrementis quæ si fuerint biliosa corpus male affectum denotant; si verò sanis fuerint similia bene se habere denotat.

APHORISMUS XVI.

Ubi fames laborandum non est.

COMMENTARIUS.

Sive fames significet ciborum inopiam, sive voluntariam à cibis abstinentiam, rectè dictum est. Ubi fames labo:

randum non est; siquidem famem perpetiens si laboret corpus ejus dissolvetur & vires deficient. Labores enim cibos præcedere debent, quia sunt veluti causa ad ciborum digestionem, excrementorum discussionem, & caloris augmentum ex spiritus concitatiore motu. Labor enim hoc loco idem est quod exercitatio; quæ est vehementior corporis motus, ad quem sequitur ut respiratio fiat major, celerior & vehementior: Si quis igitur vellet digesto cibo ab exercitatione, & discusso excremento, & resoluto spiritu ab alimentis abstinere, exsiccaretur, dissolveretur ac linqueret animo. Hunc igitur sani ordinem servent. Labor, cibus, potus, somnus, venus, quibus ea opus est, & omnia moderata. Nec statim post laborem cibus assumendus est, sed prius sedata turbatione Gal: 3 de rat: vict: acut: com: 55. quia alias fieri potest ut caput superfluitatibus repleatur. Ægros autem aut purgare, aut sanguinem eis mittere, aut vomitum, aut sudorem ciere, & deinde famem adjungere malum est. Pejus autem febricitantes luctis, deambulationibus, cursibus & frictionibus fatigare, & fame cruciare, cujus rei Prodicus reprehenditur ab Hip: l. 6 de morb. pop: part: 3. febricitantes enim has motiones ferre nequeunt, minime tamen inediam, ob quam in febres hecticas, & totius corporis consumptionem facile deducentur sani.

APHORISMUS XVII.

Ubi præter naturam copiosior cibus ingestus est, hic morbum facit; ostendit autem id sanatio.

COMMENTARIUS.

Alimentum aliud est revera tale, quod actu nutrit, quodque jam in nostram mutatur substantiam: Aliud tanquam alimentum quod paratum est alere, ut secundæ humiditates quæ in poris membrorum continentur & jam agglutinantur. Est & aliud alimentum quod in ventre & venis

continetur: Id igitur quamvis partem quam copiosius ingreditur, male afficit· quod non minus faciet, si præter naturam sit idest pravæ cuiusdam qualitatis· Quicquid enim (partis) vires naturæ superat id morbum facit: Atqui quantitas aut qualitas cibi, læsionem sensibilem facere valens superat vires naturæ. E. morbum facit: Minorem probat ultima aphorismi pars: Quod evacuata alimenti redundantia, vel correctâ ejusdem vitiosa qualitate æger sanitati restituatur & vires recuperet·

APHORISMUS XVIII.

Eorum quæ confertim et celeriter nutriunt, celeres etiam excretiones esse solent.

COMMENTARIUS.

Quæcunque alimenta citò nutriunt .i. citò alimentum præstant, & distribuenda celeriter distribuunt; celeriter eorum excrementa excernentur; si tardè & sensim alunt tardè quoque ac sensim demittunt excrementa: Siquidem in alimento quod alit, & quod ~~alere~~ alere non potest (& per consequens excerni debet) conjuncta sunt in unam substantiam· Hæc verò vi naturæ separari debent, si citò separentur, citò fiet ut & alimentum natura capiat & excrementum excernat, si tardè sic etiam tardè, nisi aut viæ obsistant, aut præparatio, aut qualitas cibi aut transitum excrementi per ventrem aut impediat, aut acceleret; primum acerbitas facit, secundum acrimonia. Ante partium tamen separationem neque alimentum capit animal ad nutritionem neque excrementum secernit·

APHORISMUS XIX.

In morbis acutis non omnino certæ sunt mortis aut salutis prædictiones

COMMENTARIUS.

Morbi acuti Archigeni sunt quorum motus est velox & pericula citò adveniunt. ut Lethargus, Pleuritis, phrenitis, pulmonia, causus quibus continuæ febres conjunctæ sunt. His accedunt convulsio, tetanus & apoplexia qui sunt sine febre. In ejusmodi morbis docemur non temere ferre pronunciationes salutis & mortis, quia non sunt certæ: cuius incertitudinis ratio est humorum mobilitas. Unde sæpè accidit ut cum medicus sperat judicationem bonam, humor in aliquam præcipuam partem transferatur, & contra ubi eam non sperat, ut effundatur per ventrem in salutem ægroti. In longis autem morbis in quibus humor aliquomodo quiescit, facilius & magis tutò dantur prænuntiationes salutis & mortis, sed non statim in principio, ideoque docemur per quaternos annumerantes procedere, donec signa ostendant quo vertet morbus, quo tempore futura sunt prædicenda.

APHORISMUS XX.

Quibus in juventute alvus est humecta, ijs in senectute siccatur: quibus verò sicca juvenibus fuit, ijs senescentibus humectatur.

COMMENTARIUS.

In hoc aphorismo duo affirmantur. 1. Quibus in juventute alvus est laxa, ijs in senectute induratur. 2. Quibus in juventute stiptica est, ijs in senectute laxatur. Primum sic prob. Venter humidus redditur vel nimio assumpto alimento, & pluri quam distribui possit, quod ventriculi frigiditatem significat: vel quoniam & si non multum assumatur, neque id probè distribuitur, quod ad jecoris frigiditatem refertur. Aut venter humidus est in juventute, ob bilis abundantiam, quæ ad excretionem irritat antequam fæx siccetur; aut ob imbecillitatem retinentis quæ

humiditatem sequitur; aut ob robur expultricis, quæ ante tempus remittit excrementa. Si venter humidus sit in juventute, ob id, quod cibus copiose accipitur, id fiet ob ventriculi frigiditatem qua multum appetunt: hæc verò in senectute aucta, ut par est, appetitum minuet, siquidem omnis immodica intemperies actiones propriæ facultatis destruit: Si verò alimentum non multum accipiatur, verum non distribuatur probè, hæc non mutabitur quoniam senes fient frigidiores. Si ob bilis abundantiam fiat, hæc ætatis processu minuetur, & succedet ventris retentio, & fæcum durities in senectute. Cum enim fæces detinentur semper aliquis humor trahitur à jecore, & pars dissipatur. Propter retentricis imbecillitatem, quæ à nimia humiditate fit, si hæc adjungat ab initio frigiditatem non mutabitur, sed potius augebitur in senectute, aucta humiditate ob cruditates: Si verò fuerit calori juncta, siccabitur & indurabitur venter. Ob robur expultricis, notissimum est mutationem in senectute fieri. nam robur expultricis sequitur siccitatem fibrarum transversarum, hæ verò supra modum siccæ in senectute, vires comprimendi remittent: quæ, cum valentiores sunt cibum ante tempus pessundare solent, is verò celeriq justo descẽdens, humidior justo est. 2. Quod si venter in juventute siccus sit in melius mutabitur in senectute fiet enim humidus. Siquidem ventri siccitas evenit aut quia cibum paucum accipiunt, aut quia parum bilis confluit in ventrem, aut quia facultas retinens validior est. Qui non appetunt cibos, quod calore fit abundante, qui laxat ventriculos, in senectute frigiditate ætatis superveniente, plus cibi assumetur & venter humectabitur. Idem fiet si calore jecoris fæx nimium siccetur, nam ætate hic calor minuetur. Bilis defectus non mutatur; si igitur huius causa fæx obduretur in juventute, similis dispositio in senectute manebit; nisi defectus bilis eveniat ob jecoris frigiditatem, quæ in senectute aucta humorem non trahet, ac humida descendet, perinde dejectio. Quibus verò ob robur retentricis dura dejectio fit, nimia siccitas ẽ in causa, qua aucta supra modum in senectute, retentricis vis remittet & languescet.

APHORISMUS XXI.

Famem meri potio soluit.

COMMENTARIUS.

Non omnis fames vini potu curatur, ut naturalis, & ea quæ sequitur dissolutionem, & ea quæ accidit post fluxum ventris, aut sanguinis, siquidem in ejusmodi fame potus vini præsertim meracioris, nervos lædet & mentem turbabit. Prædicti enim fames curantur assumpto prig: cibo, & deinde superhausto vino. Neqꝫ hic intelligitur fames quæ bulimos vocatur, quoniam hic fames propriè de ciborum appetentia dicitur: qualis non est bulimos qui incepit quidem cum appetentia, sed deinde sola indigentia cum imbecillitate manet. Famem autem caninam, eam nempe, quæ à ventriculi frigiditate nuda, aut simul cum acido humore oritur, vini potio miro modo curat, præassumptis pinguibus & oleis quæ natura sua appetentiam hebetant. Vinum tamen meracius hoc loco maximè conveniens est.

APHORISMUS XXII.

Qui à repletione morbi fiunt, vacuatione curantur: et qui ab inanitione sanantur repletione: cæterorumqꝫ contraria sunt remedia.

COMMENTARIUS.

Generale hoc est medicorum axioma Contrariorum per contraria fiunt curationes. Cum enim Medicina teste Hipp: lib: de flatibus sit adjectio scil: necessariorum, & ablatio sci: inutilium; Verum quoqꝫ erit morbos qui fiunt repletione curari vacuatione, & morbos qui fiunt vacuatione curari repletione; & alios omnes suorum contrariorum oblatione, quales sunt morbi ex inæquali intemperie. Nec hic intelligenda est omnimoda vel vacuatio vel repletio, utraqꝫ enim noxia est; sed talis quæ conveniat naturæ ægrotantis, habita ratione anni temporis, ætatis, regionis, temperiei &c ægrotantis.

APHORISMUS XXIII.

Acuti morbi intra quatuordecim dies judicantur.

COMMENTARIUS.

Acutorum morborum ea est natura, ut celeriter ad finem percurrant, ac citò magnitudinem adferant & periculum. terminu Hipp. eis præscribit diem decimum quartum, intra quem morbi acuti simpliciter finiri ac judicari solent; quem etiam non transgrediuntur, nisi dies aliquos habuerint interim, in quib non validè affligant, neqꝫ suam ipsorum naturam servare videantur, aut etiam diminutam aliquam vacuationem patiantur, ob quam ad vigesimum protogentur, quem terminum externum acutorꝫ morborꝫ statuit Hipp: lib 3 prog: sed hi non sunt simpliciter dicendi acuti; verum acuti ex decidentia. Intra limites acutorum qui ad 14 diem pertingunt, sunt peracuti exacte qui terminantur tertio, 4, & 5. die; vel peracuti non exacte qui terminantur 6. aut 7. die: Acuti tamen exacte in 9, aut 11. aut 13. aut 14. protoganter. acuti vero non exactè ad 17. aut 20, aut. 21. perveniunt. Ab his sunt qui post 21 ad 40, aut 60, aut 100, aut 120 provehuntur & hi sunt acuti ex decidentia: Si tamē ab initio lento motu procedant longis sunt annumerandi. Causa verò ob quam acuti morbi brevem habent judicationis limitem, est, quoniam qui adeò validi sint citò mala omnia adferunt, & citò cogitur natura pugnam cum morbo committere si validior sit, & si invalida cogetur succumbere; terming autem experimento cognitus est 14 dies.

APHORISMUS XXIIII.

Index septimi quartus: sequentis septimanæ octavus initium: spectandus quoqꝫ est undecimꝫ,

siquidem is secundæ septimanæ quartus est. Rursumq; decimus septimus spectandus, is enim a decimo quarto quartus est, et ab undecimo septimus.

COMMENTARIUS.

Aphorismo hoc statuuntur quidam dies contemplatorij, à quib9 conjicere liceat, quod in dieb9 judiciarijs futurum sit, utrum bonum an malum evenire debeat. Judiciarios in 20 usq; scripsit lib. 1. prognost: ad initium dicens, Simplicissimæ namq; febres & signis firmatæ securissimis quarto die aut citiq cessant, pessimæ verò ac cum signis gravissimis factæ, quarto die aut citiq interimunt. Primq itaq; insultq ipsarum in hunc modum finitur: Secundus autem ad septimum perducitur; Tertius ad undecimum. Quartus ad decimum quartum. Quintus ad decimum septimum. Sextus ad vigesimum. Igitur ex acutissimis morbis facta per quatuor adjectione ad vigesimum finiuntur. Docet, inquam hoc loco trib9 septimanis morborum acutorum limitem, & singulas per quaternarios dividere, ita ut singulæ duos contineant quaternarios, quod fit si primum secundo copulemq in omnib9 septimanis. Cæterum secunda septimana à prima separari debet: quoniam primum quaternarium ipsius finiri dicit ad undecimum: & quoniam in p̃senti aphor: dixit: Sequentis septimanæ octavus initium. Tertia verò septimana secundæ conjungenda est, quoniam in prognostico dixit, quintum quaternarium finiri ad decimū septimum, quod non esset nisi primq istius septimanæ esset decimq quartus. In hoc tamen aphoris: dixit contemplatorium esse decimum septimum, quoniam est quartus a decimo quarto, & septimus ab undecimo, quod non minus ostendit,

quaternarios in singulis trium septimanarum esse conjun=
gendos, & diem medium bis numerandum. In præsenti tamen
aphor: quosdam ex his contemplatorios appellat, sive judica=
torios: sunt ex his, quartus, undecimus, decimusseptimus:
non quidem quoniam his non inest vis satis magna judi=
candi, sed quoniam septimus, decimus quartus & vigesimus,
plures indicant quam quartus, undecimus, & decimusseptimus,
& quæ futura sunt in his qui septimanas finiunt, à quartis
septimanarum judicantur. Quartus indicat septimum; unde=
cimus decimumquartum: decimus septimus vigesimum: quo
limite tres septimanæ comprehenduntur, in quibus morbi
acuti desinunt, tanquam in terminum externum. Internus
enim decimus quartus est. Quod verò dies prædicti contem=
platorij sint rationem adhibuit Galenus lib: 1. prorhet: Com:
1. quoniam si quid boni aut mali in die contemplatoria se
ostendet, in judicatoria fiet: Si enim in die contemplato=
ria natura fluxum sanguinis narium tentet, & non perfi=
ciat, aut per sudorem, aut ventris solutionem, malum futu=
rum in die judicatoria sperandum est: sunt enim hæc de=
jectoria quæ non decernunt. Bonum etiam speramus
septima die futurum, si nebula aut appendiculum in urina
appareat quarta die. Meminit his duobus locis Hipp: dierum
judicantium ad vigesimum quoniam loquitur de acutis mor=
bis de quibus modò dicit. Acuti morbi quatuordecim diebus
judicantur; & in lib. prog: de solis acutis morbis agit,
quamvis connexionis ratione quædam etiam scribat de ijs
qui fiunt ex ipsis, & de terminis ipsorum. Non meminit
autem omnium qui judicant intra vigesimum, sed eorum quæ
frequentius judicant: Nam & tertius est judicatorius, & quin=
tus, & sextus, quamvis ad malum, & nonus & decimustertius

& decimus octavus, qui etiam vigesimi primi contemplatorius e. ut decimus septimus vigesimi. Sed sunt prædicti intercidentes, qui nec septimanas, nec quaternarios finiunt. Hos dies esse judicatorios experimentum docuit, & vigesimum tres septimanas claudere voluit Hipp: quoniam ex his quæ in lib. de morb. pop: docuit, experimento constat, vigesimum judicare plus quam vigesimum primum. Cuius causam Gal: à lunæ motu invenire tentavit, in lib. de diebus decretorijs: Cum autẽ nihil firmum de ea re inventum sit à Galeno aut alijs, tutius est experimenta sequi, & prædictos dies, & post vigesimum multos alios, qui non adeo frequenter de morbis decernunt, qui per septimanas ad 40, 60, & 80, & 120 perveniunt, modo priori servato, experimento comprobare: quorum Galenus meminit in lib. de diebus decretorijs. Qui verò dicit dies omnes judicatorios esse plus aut minus, quoniam in omnibus possunt morbi judicari bene aut male, fallitur apertè; Gal: enim lib. 1. de diebus decret: quosdam dies decretorios probat, quoniam etsi in omnibus diebus judicationes visæ sint non tamen cum subitis mutationibus neque frequenter, præter id quod Galenus eo loco testatur se nunquam in 12 & 16 vidisse Crisim, neque subitò de morbis decernere 19.

APHORISMUS, XXV.

Æstiuæ quartanæ plerumque breues, autumnales longæ, et maxime quæ hyemem attingunt.

COMMENTARIUS.

Quemadmodum calor morbos omnes breves reddit, ita frigus longos; Breves autem esse omnes calidos morbos experientia docet: Et Hipp: lib. 6. de morbis pop: dixit: In Cranone dolores antiqui frigidi, novi calidi. Ratio hoc idem confirmat: A calore enim morborum causæ attenuantur, dissol:

vuntur, frigus autem poros adstringit & humores comprimigit, qua de causa morbos ipsos producit. Quod si morbi salubres fuerint, a calore ambientis discussa causa finientur: si lethales simul cum causa dissoluto spiritu morientur; Et frigido tempore uti humorum dissolutio cohibetur, fiunt longi; atque ita tam salubres quam letales virium dissolutione impedita prorogantur. Quartana usus est, ut exemplo, omnes morbos calido tempore factos significare volens, plerumque (τὰ πολλὰ) breves esse non semper. & contra.

APHORISMUS XXVI.

Convulsioni febrem supervenire satius est, quam febri convulsionem.

COMMENTARIUS.

In praecedenti aphorismo docuit calorem ambientis aëris curare morbos; sic aestas febrem quartanam; In hoc vero calorem qui nobis est praeter naturam, sub: febrilem, curare posse morbos frigidos, & a crassis humoribus pendentes. sic febris convulsionem. Est enim convulsio quae fit nervis primogenia affectione laborantibus, duplex; Ex Impletione nempe & ex inanitione: Est & tertia species quae fit consensu. In omnibus vero musculi ad originem retrahuntur, eo modo quo per sanitatem animali facultate operante fiebat. Convulsio subito nata, & quae non praecedente aliqua febre ardenti, & vehementi, prolixa fit, à crassis & lentis humoribus nascitur; Quae vero ex praedictis convulsionibus fit febre aliqua praecedente, ex consumptione fit & hecticam refert. Prior convulsio curationem admittit secunda autem nullam aut difficilem admodum; non enim est admodum difficile, humores crassos ac lentos coquere ac discutere: Humorem autem nativum in convulsione sicca amissum reparare, impossibile. Ac proinde melius est convulsione facta, nempe à crassis humoribus, ut fit ab initio

(plerumq;) advenire febrem quæ curationi proficiat, co-
ctione ac discussione facta; quam præsente febre convul
sionem accedere, quæ a consumptione fiet, quam reparare
ferè impossibile erit. Imò & febris diaria movenda, vel
ea major, ut ita curatio convulsionis facilior reddatur.
Nec obstat quod quidam objiciunt morbum alium esse, & duas
difficilius curari; & sæpius pro diaria sequi putridam. Nam cũ
febris supervenit, aut vi medicamentorum excitatur, convulsio
faciliq multò curatur, quam ubi ipsa non adsit, & febris q
exposcimq non erit difficilis curatu nec multum molesta. Præ-
terea ipsam quartanam convulsionibq prodesse testatur Gal:
lib. 5. aphor: 7. ubi à quartana captos, dicit, non admodum
capi convulsionibq; & à convulsione jam captis quartana su-
perveniente liberari.

APHORISMUS XXVII.

His quæ non ex ratione levant, non oportet fide-
re, neq; multùm formidare mala quæ præter ratio-
nem eveniunt; istiusmodi enim multa sunt in-
certa, nec durare diu aut persistere solent.

COMMENTARIUS.

Habuit sermonem de diebq decretorijs, atq; quædam de
judicatorijs inseruit aphor: 24. hucq; de signis judicatione
præcedentibq, quæq; in diebq contemplatorijs apparere solet,
docet ijs fidem non esse adhibendam nisi ex ratione talia fiat.
bonorum primò, deinde malorum signorum mentionem faciens, q
sine ratione talia sunt. De bonis dicens: His, quæ non secundum
rationem levant, non oportet fidem præstare: ad finem addens,
quoniam istiusmodi multa sunt incerta, nec durare diu aut p-
sistere solent. Levant autem sine ratione, hoc est, levatos in-
dicant, multæ actiones, quas exercent quidam veluti à morbo
liberi, aut non adeò, ut antè, gravati, nulla tamen vacuati-

one per fluxum ventris, vomitum, sudorem, aut similes alias vias facta. Quod sæpe in morbis subitò evenire videmq: ægrum nempe hodie valde oppressum, & cras ferè liberum, sine aliqua manifesta excretione, aut effatu digno abscessu. Præterea videbis multos levatos à morbis perniciosis, & cum manifestis vacuationibg, quibg pariter fidendum non est, nisi ante eam vacuationem in diebg contemplatorijs coctionis notæ apparuerint. Quod Hipp: Prog: tt. lib. 3. docuit, dicens: Quibus febres desinunt neqg cum signis solutionis, neqg in diebus decretorijs, recidivam in eis expectare oportet. Et lib. 1. prorr: sectione 17, inquit, perniciosa, quæ sine signis levant, mortē significant. Cum igitur quis subitò aut brevi admodum à morbo liberatur, non parvo, vel ab eodem melius habet, ut hæc tuta sint à recidiva, oportet, ut signa bona, sicuti signa coctionis antecedant, & vacuatio sequatur, & ad majorem securitatem ut in die decretoria fiat. Secundo loco inquit, Neq multum formidare mala oportet, quæ præter rationem eveniunt. Istiusmodi enim multa sunt incerta, nec durare diu solent. Prava tamen signa ac sine ratione facta sunt, signa decretoria, quæ infida omnino sunt, autore Gal: lib. 1. de dieb. c. 14. quorum quædam signi tantum rationem habent, ut difficilis respiratio, capitis dolor, vigiliæ, inquietudines, deliria & similis. Et quædam habent rationem signi & causæ, ut stillæ sanguinis, urina multa, aut dejectio, quæ solent antecedere imminentem judicationem. Quibg quamvis magnum aliquod malum ostendere videantur, nulla fides adhibenda est; aliunde enim, nempe à signis coctionis pendet salutis vera ac firma indicatio. Videmq enim multos cum his signis salvatos, signis coctionis præcedentibg, & vacuatione sive crisi sequuta: alios verò cum similibg signis, non præcedentibg notis coctionis, mortuos. Signa ergo hæc quæ malum ostendebant ac valde malum, incerta fuerunt neqg diu durarunt aut persstiterunt.

APHORISMUS XXVIII.

Febricitantium non omninò leviter, corpus sibi constare, nec minui, aut etiam plus æquo colliquefieri, malum: hoc siquidem virium imbecillitatem, illud morbi diuturnitatem significat.

COMMENTARIUS.

De febricitantibus loquens, qui non omninò leviter febricitant duo docet agnoscere morbi longitudinem & virium imbecillitatem: Longitudinem morbi si corpus permaneat, ac nihil minuat a mole corporis quam habebat sanitatis tempore. Indicat enim hæc corporis permanentia cutis densitatem, & humorum crassitudinem, quæ duo impedita & retenta vacuatione & dissolutione humorum, morbum in longum tempus producent. Ubi verò corpus marcescat, ac extenuetur plus quam ratio postulat, imbecillitatem significare dicit. Hoc autem bifariam fit; Nam ob imbecillitatem virium corpus plus æquo dissolvitur; atque ita dissolutio corporis significat imbecillitatem facultatis, veluti causam privativam, significat etiam cutis raritatem, & humorum tenuitatem: ad hæc autem sequitur facilè virium imbecillitas. Quam ut causam significat extenuatio, & ut effectum, qui sequitur ad duas prædictas extenuationis causas: De febricitantibus non omnino leviter loquitur; Prima enim aphor: pars non esset vera, si de his qui leviter febricitant, dicta esset permanere enim corpus nec quicquam minui per parvas febres, non significat eas longas futuras: nam ad id neque humorum crassitudo, neque cutis densitas est necessaria: satis enim est calorem non esse multum, ut nulla manifesta corporis dissolutio sequatur, febres autem non omnino leves, mediocres & magnæ

dicuntur: in quibus verum quoque est, si plus quam ratio postulat extenuentur significari humorum tenuitatem, cutis raritate & summatim, ut in aphor: imbecillitatem, præsertim facultatis retentricis: nam & fieri potest ut in febre vehementi corpus plus æquo extenuetur primis ipsis diebus. Verum quoque id esset, si de parvis febribus diceretur: nam in eisdem plus, quam ratio postulat extenuari, imbecillam ostenderet facultatem. Neque hoc tollit veritatem aphor: qui enim docet in febribus non omnino levibus aliquid fieri, non tollit quo minus in minoribus & levibus id fieri possit. Quoniam tamen primæ parti aphoris: non conveniret, ut de utrisque verum esset, de non omnino leviter febricitantibus scriptus est aphorismus. At vero plus æquo, id significat, quod fit magis, quam pro ratione eorum, quæ solent ægrum dissolvere; ut sunt febrilis calor, & is qui in ambiente, & evacuatio quævis manifesta, media, vigiliæ, curæ, & corporei motus, ad quæ respiciens medicus intelliget an æger plus quam pro ratione colliquetur, id est, extenuetur.

APHORISMUS XXIX.

Incipientibus morbis si quid movendum videtur move; vigentibus autem quiescere præstat.

COMMENTARIUS.

Medici multi parum sunt observantes huius aphor: & mentem Hipp: non assequuntur: putant enim hac ratione contendentes omnibus morbis, qui aut febres sunt, aut febres adiunctas habent; prima aut secunda die ventrem purgare, eâ, quam ipsi appellant minorativam purgationem: dementes excrementa primarum venarum, quas vocant materias communes: utque deinde natura minoratâ materiâ, reddatur potentior supra residuum. Quod Galenus his verbis di-

xisse videtur. Ut igitur coctiones citius eveniant, melius est circa principia evacuare, quo minorem jam factam materiam, facilius possit natura concoquere. Verum in his omnibus quam maxime errari patet ex aphor 22. secti: 1. ejusque comment: Nam in præsenti aphor: duo docet Hipp: Primum est In principÿs morborum magis remedÿs utendum esse, ubi aliquid movendum videatur: Secundum in vigoribus ab huiuscemodi remedÿs abstinendum esse. Principium morbi ab alÿs coctione & cruditate distinguitur: Nam principium est cum crudus est morbus: Augmentum, cum coctionis notæ apparere incipiunt, sed nondum integrè se ostendunt: Vigor, cum integrè coctus est humor faciens morbum; declinatio morbi & humoris diminutio est. Movemus autem sanguinis missione aut purgatione, quæ magna remedia à Gal: in Com: huius aphor: appellantur. Sanguinis missio, vel incipiente morbo, si conveniat, temporis ratione non denegabitur, præterquam quod medici quorum meminimus, ante ipsam minorativam suam purgationem exercent. De purgatione verò dicemus Hipp: voluisse ipsam in principio esse exercendam, si quid movendum videtur, ac si dixisset, si quid turget; ea enim tantum movenda videntur quæ turgent in principÿs ex aphor: 22. sect: 1. Cum verò viget præstat quiescere & abstinere a purgationibus, easque differre in declinationem, & summi vigoris finem; exspectantes an natura aliquam faciat judicationem, quam si imperfectam videmus ipsam arte perficimus. Natura enim in vigore coctioni maximè vacat, & aliquando etiam vacuationi, unde eo tempore animalis facultas maximè languet.

In universum autem aphor: sequenti, rationem hujus adjungit, quoniam circa principia & fines omnia sunt imbecillima, circa vigores fortissima; & cum morbus fortior est, à remedijs magnis abstinere præstabit. Hic aphor: de salubribus morbis intelligendus est, qui enim lethales sunt curari non debent, sed solis præsagijs relinqui, siquidem morituris non oportet adhibere manus, ubi omnino id constet arte prædicendi. ut enim Gal: 11. Meth: inquit. In his quorum salus omnino desperata est, imprudentis consilij fuerit, apud vulgus infamare præsidia, q multis fuere saluti.

APHORISMUS. XXX.

Circa initia et fines remissiora sunt omnia, in vigore vehementiora.

Commentarius.

Hic aphor: est ratio præcedentis; Circa initia enim movendum est si quid turget, & circa vigores quiescendum, quoniam morbi omnes incipientes & declinantes, sunt minores, vigentes majores ac maximi. Quod ex proprijs morborum symptomatibus patet, quæ in summis vigoribus maxima sunt, nempe vigiliæ, dolores, sitis febrium accessiones, nisi morbus sit ex his, qui ante id diminutas aliquas fecerit vacuationes, & imperfectas crises; illi enim coctionem imperfectam assequuti sunt, ideoque illos in summis vigoribus etiam purgare non esset à ratione alienum. Voco summum vigorem coctionis completæ primum tempus, & si non adsit summa morbi magnitudo. Præterea cum natura maxime vacat coctioni malorum humorum, melius est abstinere à purgationibus, quæ ipsam distraherent ab opere. Opprimi tamen a multitudine, crassitudine, lentore & frigiditate causæ, commune quoddam accidens est fere omnibus morbis incipientibus, quod non ostendit morbi magnitudine.

APHORISMUS XXXI.

Si à morbo probè comedenti corpus non proficiat, malum.

Commentarius.

Hic docet malum esse signum si æger a morbo probè comedens non proficiat, Docuit autem istius rationem aphor: 8 huius sectionis; nam aut significat ægrum copiosiorem assumere cibum, quam possit digerere, aut si modicè comedat, aliquid humoris maligni restare quod vacuatione indigeat.

APHORISMUS XXXII.

Qui adversa valetudine abundè initio comedunt, nec proficiunt, ij ferè tandem omnes in cibi fastidium incidunt; contrà qui initio forti mediâ usi, cibum postea appetere incipiunt, in valetudine facilius liberantur.

Commentarius.

Hoc aphorismo similiter de convalescentibus loquitur. Quandò igitur hi probè cibos appetunt & accipiunt, non tamen proficiunt sed malè se habent, indicium est firmam esse facultatem ventriculi, qua cibos appetunt, cæterum in corpore post morbum remansisse pravum aliquem succum, qui advenientes corrumpit humores, unde fiet ut processu temporis magna copia acervata, facultas etiam appetens vires amittat, & ventriculus cibos aversetur. Id verò plerumque accidere constat, quoniam nonnunquam secus accidit, constante enim adhuc concoctrice, quod ex morbo fuit reliquum, & si quid aliud interim fuit additum, superabit, & à valida expultrice, expel-

letur, firma manente facultate cibos appetente. Qui verò à principio convalescentiæ cibos non appetunt, aut eosdem valide aversantur, non ingurgitant aliquid supra vires: totū igitur cibum assumptum superant & coquunt; atq interim natura corroboratur, quæ coquere valebit istum succum, qui erat causa inappetentiæ; quo superato rursus appetent convalescentes cibos & meliꝫ evadent quam priores.

APHORISMUS XXXIII.

In quovis morbo mente constare et bene se habere ad illa quæ offeruntur, bonum; contrà verò habere se malum.

Commentarius.

Præsens sententia ad prognosticam pertinet, docens cognoscere bonum in omnibus morbis ex mentis firmitate: si enim hæc firma est & constans, robur cerebri significat, & animalis facultatis, quod in omnibꝫ morbis bonum est inditium, uti & benè se habere ad cibos, qui offeruntur, significat firmam esse facultatem naturalem ventriculi & venarum. Non quidem quia facultas quæ cibos appetit est naturalis; est enim animalis sequens tristem sensum in ore ventriculi. Sed quia dum hæc probè cibos appetit, quod est bene se hre ad ea quæ offeruntur, bona concoctio fit & coctorꝫ distributio & suctio membrorꝫ à jecore & ventre. Quod autem de cibis loquatur, cum dixit ad ea quæ offeruntur: vel ex eo patet quod bene se habere significet robur facultatis naturalis, benè autem accipere medicamenta uti syrupos & pharmaca ad nullam naturalem facultatem attinet: Adde quod dixit Hipp: Contrarium vero malum; Non appetere autē medicamī ē malum, quippe ægri etiam sanitati vicimores ea oderunt.

Aphorismus XXXIV.

Minus periculose ægrotant, quorum vel naturæ vel ætati, vel consuetudini, vel tempori familiaris est morbus, quam quibus horum nulli affinis existit.

Commentarius.

Minus periculum imminere à morbis similibus quam à dissimilibus prædicere docet hoc aphor: Similes autem morbos dicimus cognatos, proportionales & familiares; similes verò debent esse naturæ, h. e. temperaturæ naturali; aut habitui, Est autem habitus moles corporis crassitudo, & macilentia: aut ætati, aut regioni: continet autem regio aëris temperiem, cæli statum, & anni tempus. Cum verò alicui horum, aut omnibus morbus est familiaris & similis, minus ē periculosus, quàm ubi nulli horum fuerit similis. Exemplū est febris tertiana, quæ si æstate fiat, in juvene macilento & temperatura calido, minus mala erit, quam si hyeme aut seni, aut crasso homini & pituitoso eveniret. Tota ratio ad causæ magnitudinem refertur, deinde ad id quod major causa effecit: Major enim causa est quæ potuit tertianā in sene & & hyeme generare, quam quæ æstate, & in juvene &c. Ratione causæ igitur majus periculum ab illa, quam ab hac tertiana febre imminet. Majus item ab eo quod causa ista produxit; siquidem intemperies quæ frigidum corpus febricitare cogit, major est ea quæ calidum; & quæ hyeme major quam quæ æstate: nam æstate calor non multū excedens temperamentum proprium, adjutus calore ambientis, læsionem manifestam faciet in actionibus, secus in hyeme.

Neq; obstat quod morbi calidi hyeme facilius curentur: nā aliud est facilius curari, aliud periculosum esse. Etsi enim hyeme tertiana facilis curetur, quàm æstate, id intelligendum est ubi, scilicet, pares fuerint causæ facientes eam; Veru causa faciens tertianam æstate minor est, & ea ratione facilius curatur quam quæ hyeme fit a majori causa: quovis si febris tertiana æstate fieret, facilius curaretur hyeme, aut frigida constitutione äeris, quam æstate, difficilis tamen ea curaretur hyeme, quæ hyeme facta foret. Sed dices Nonne sicca convulsio magis periculosa est, quā humida, & nervus est natura siccus, & propterea sicca convulsio ei est familiaris? R. Non convenit diversos morbos uni naturæ aut temperaturæ conferre, quandoquidē nos ipsi parem habent malitiam, neq; par periculum minantur: Sed sicca convulsio periculosior semper ē quam humida. Decet autem conferre unum morbum diversis ac contrariis naturis, ut Gal. in Com: facit, ac ita veram & perpetuam invenies aphorismi sententiam. Convulsio etenim sicca magis mala est nervis humidioribus quam siccioribus.

APHORISMUS XXXV.

In quovis morbo partes ad umbilicum & imū ventrem attinentes crassiores esse præstat, harum siquidem extenuatio et tabes, mala; et ad inferiores quoq; purgationes parū tuta.

Commentarius

Totus venter, qui abdomine definitur auctore Gal: in Com: in tres partes divisus est, in hypochondrium quæ pars infra costas est, ensiformem cartilaginem a latere in latus, & in

partes quæ sunt circum umbilicum & hypochondrium, sive imum ventrem. Meminit autem Hipp: partium circum umbilicum & imum ventrem, quamvis & de hypochondrio idem dici possit, easq; laudat si crassitudinem adeptæ sint: siquidem dum tales fuerint, coctiones in ventre & jecore probè perficientur, adjuto ab ipsis ventriculo & jecore ad chyli & sanguinis confectionem. Melius igitur erit ita se habere quam extenuari utcunq;. Valdè tamen extenuari ac contabescere malum esse dicit, ob contrarias causas, imbecillæ siquidem in ventre fient naturales actiones ob caloris defectum. Estq; hæc dispositio ad inferiores purgationes periculosa: nam ad eas opus est uti animali facultate, q in musculis ventris suum munq exercet compressione. Non meminit autem purgationum quæ fiunt per superiora, quoniam ex ejus sententia notissimum evadit: nam si ad inferiores purgationes periculosus est venter extenuatus & tabefactq in quibq minq laborat quam in vomitionibq, multò erit ad vomitiones deterior. Similem huic sententiam leges lib. 2. progn: 19. Decet autem in omni morbo ventrem flaccidum ac bonæ molis esse.

APHORISMUS XXXVI.

Qui corpore sunt salubri purgante hausto medicamento statim deficiunt, ut & qui pravo alimento utuntur.

Commentarius.

Admonet Hipp: abstinendum esse à purgantibq medicamentis quæ humores à proprietate ducunt, quod fit in sanis corporibq, & iis qui pravo alimento utuntur; adjiciens causam

quoniam per purgationes prædicta corpora statim deficiunt: Sana enim corpora & quæ nullo modo sunt neutra purgatione non egent, cum non habeant succos pravos; quibus destituti si purgentur, boni succi vacuantur & carnes ipsæ liquescunt, viresque solvuntur. Et qui admodum sani non sunt vacuatione non indigent, quibus exercitatio satisfaciet ad excrementorum vacuationem; Qui pravo alimento utuntur, idest non illi qui jam pravi aliquid assumpserunt, sed ij qui inopia vel alia aliqua occasione cogente pravis cibis uti consueverunt, ijs medicamentum purgans vires exsolvit, quod depravatum habeant sanguinem ex pravo alimento ac proinde languidiores vires, quam quæ medic: ferre possint. Qui igitur cum virium languore abundantiam habet pravorum succorum, levi eget purgatione ac repetitâ bonoque alimento ad refectionem: Si autem pravo cibo denuo utatur minime reficietur. dissolvetur autem citò. Sana igitur corpora purganda non sunt, & quæ pravis utantur cibis per epicrasim curanda, & pravo cibo in meliorem mutato: nam si pravo adhuc utantur exsolventur purgatione.

APHORISMUS XXXVII.

Qui integra sunt corporis valetudine medicationes molestè ferunt.

Commentarius.

Precedenti aphorismo docuit sanos hausta purgatione extenuari quod magnum est malum, hic verò dicit si sana corpora purgentur medicamentis molestè ferunt, comprehendens uno verbo multa prava symptomata, fastidium, inquietationem, ventriculi lancinationem, vertiginem, ac demumque exolutionem carne & sanguine liquatis. Quod fit ubi medic: humorem quem similitudine substantiæ trahere solet non invenerit.

APHORISMUS XXXVIII.

Paulo deterior, sed suavior cibus ac potus, meliori quidem at ingrato præferendus.

Commentarius.

Quamplurima concedere debet medicus in gratiam ægrotantium; hic docet nos in gratiam ægrorum concedere eis cibos & potus paulo deteriores eis, qui illis conveniunt ex arte, ubi fuerint ipsis ægris suaviores reliquis, eosque eligendos magis dicit melioribus sed minus suavibus. Duabus rationibus id convenire notum est, quoniam aliquid est permittendum in ægrorum gratiam, cum id non fuerit multo sed paulo deterius, tum etiam cum quod paulo deterius est, id a ventriculo cum suavius fuerit, magis amplexatur & deinde coquitur melius. Præterea cibi, quos appetimus magis, quique nobis sunt magis familiares, minus à nostra substantia dissident, & facilius in nostram naturam transeunt symbola, quam dissymbola: quæ igitur suavia consueta, grata & amica nobis sunt, & si paulo deteriora fuerint, magis sunt eligenda, quam meliora, minus suavia minus amica & minus consueta, nam hæc melius commutata meliora redduntur. De suavibus tantum loquitur Hipp: quia insuavia alimenta quamvis boni succi nauseam & fluctuationes in ventre facere consueverunt teste Gal: in Com:

APHORISMUS XXXIX.

Senes juvenibus magna ex parte minus ægrotant, semel autem diuturnis morbis correpti, fere unà moriuntur.

Commentarius.

Longe aliter sensisse videtur Hipp: de senum & juvenum

ægrotatione hic, quam lib: de victus ratione ubi sic inquit, Ex ætatibus pueri sanissimi, secundò juvenes; morbosissimi qui maximè senes & iis proximi: Hæc tamen non dissentiunt; aliud enim est quempiam paratum esse ægrotare, aliud actu ægrotare; Senes enim magis parati sunt ad ægrotandum juvenibus, siquidem minus valentem habent calorem, minusque naturâ & frigida sua intemperie possunt cibos superare, & causis morbos inducentibus resistere; Juvenes autem actu frequentius ægrotant; hoc est quod præs: aphor: dicit: quamvis enim validi sint, plurimos errores committentes in victu, frequentius ægrotant: Sic Gal: 3 aphor: 29 Comm: scribit Juvenibus plurimæ accidunt ægritudines, non ob imbecillitatem sed ob incontinentiam, quoniam vulnerantur, franguntur, saliunt, clamant vehementius, refrigerantur, humi cubant, & replentur. Du. magnâ ex parte intelligendum est, quoniam juvenes ob malam vivendi rationem frequentius ægrotant, senes ob prudentiam modicè viventes, rarius: Cum v. non omnes idem faciant, sed quidam senes sint incontinentes, ebrii, & luxuriosi, hi frequentius ægrotabunt juvenibus. habent enim internam & externam ægrotandi causam. Hæc tamen sententia non debet intelligi de morbis accutis, diminuta in illis copia calidorum succorum 1 aphor: 14. quia ut ipse H. dicit senes non incidunt in morbos acutos, & si inciderint non evadunt ab eis. Jure tamen dixit seniores juvenibus magna ex parte minus ægrotare, ubi senes ad morbos senum, & juvenes ad juvenum morbos conferantur.

APHORISMUS XL.

Raucitates et grauedines in valde senibus coctionem non admittunt. Commentarius.

Hic aphorismus est causa secundæ partis aphor: præcedentis.

Quod enim senes diuturnis morbis plerumque moriantur, fit, quia raucedines & gravedines in valde senibus non admittunt coctionem; quod autem de hisce duobus morbis dicitur, id de omnibus longis morbis intelligi debet, nempe asthmate, podagra, gibbositate, repanditate, & divaricatione. Causa a quare his commoriuntur est, quoniam non maturescunt; morbi autem a materia pendentes non finiuntur ante maturitatem. Raucedo græcis βράγχος dr, humore à capite in guttur, & asperam pulmonis arteriam delapso: Gravedo græcis κόρυζα delapsus humorum a capite in nares: Ubi verò in os & palatum κατάρρος. i. destillatio vocatur.

APHORISMUS XLI.

Qui sæpè et vehementer sine causa manifesta exolvuntur, ij repentè moriuntur.

Commentarius.

Hic aphor: ad partem artis prognost: pertinet: Mortem siquidem repentè venturam prædicit, si quis exolvatur, sæpè, validè, & absque manifestâ causa; Ubi enim aliquid horum defuerit non necesse est mortem sequi; Addit sine causa manifesta; quia ejusmodi causæ plurimæ possunt deliquium animi adferre, quas tollere facilè erit, ipsis autem sublatis æger liberabitur; sic aliqui deficiunt ob balnei calorem, aut vaporem, aut ob mediam, aut iram, aut vehementem motum corporis, aut animi, & fœminæ ob uteri strangulationem a qua etiam nonnullæ citò liberantur. Exolvi autem idem est quod animi deliquium pati; autore Gal: lib. 1. de art: cur: ad Glauc: c. de febribus cum accidentibus; Consuevere medici de eadem re hæc duo nomina dicere ἔκλυσις & λειποθυμία. i. Exolutio & Lipothymia.

Cæterum animi deliquium non est cordis passio, ut quidā existimant; syncope enim cor & facultatem vitalem spectat, animæ verò deliquium animalem. Galenq n: lib. de sang: miss: ubi sanguinem docet mittere ad deliquium animi, manum pulsui admovere, & pulsuum diminutionibq animum advertere præcipit: Non igr̄ deest pulsus in animi deliquio, sed animo deficiente, idest animali facultate vitales vires constare docet: Et aphor: 22 Hipp. præcipit evacuationes ad animi deliquium, si vires id ferre possint. Cum igr̄ animo linquunt adhuc constant vires nempe vitales, quia animalis deficit. Verum ubi quis repentè ac validè sine manifesta causa linquat, non longè abest periculum incidendi in defectum vitalis facultatis, & mortem subitam præsertim superveniente syncope, quod fieri aliquando vidimq. Syncopem v. ex sudore cognosces: qui enim in ipsum incidunt, sudant, Præterea in syncope palpitatio, & saltus cordis frequenter accedunt, & pulsus, summq languor & inæqualitas, sine quibq sæpè videmus animi deliquia.

APHORISMUS XLII.

Apoplexia fortis nullo modo, debilis ægrè curatur.

Commentarius.

Fieri nequit, quin apoplexia morbus sit maximè periculosus, per eam n: autore Gal: in comment: Aut cerebrum patitur dispositionem inflammationi similem, aut ejus ventres multa implentur pituita. Periculi tamen magnitudinem ex respirationis nocumento conjicere docet Gal: lib: 3 de lo. pa: c. 7. Si igitur respiratio ~~fortis~~ fuerit difficilis, inæqualis, stertorosa fortis apoplexia erit, si v. non erit admodum difficilis, & aliquem servet ordinem, debilis.

In medio harum sunt multæ aliæ majoris & minoris, ratione dissidentes. Magna non curatur, quoniam ob respirationis interceptionem cordis calor suffocatur, antequam humor crassus, aut viscidus, qui ventres cerebri affatim implet (aut: Gal: loco citato) excutiatur. Levis curari potest, sed difficillime. Ex medijs illæ quæ magis accedunt ad fortem, non curantur, cæteræ difficulter & raro.

APHORISMUS XLIII.

Strangulati aut suffocati, nondum tamen mortui, ad se non redeunt, quorum circa os spuma aparuerit.

Commentarius.

Hic aphorismus ad partem artis prognosticam pertinet atque docet ad se redire non posse strangulatos aut aliter suffocatos cum spuma ad os aparuerit. Spuma autem duas habet generationis causas teste Gal: in comm: huius aphor: & 2 prog: comm: 47. vehementem motum & ferventem calorem; materia vero est flatus humori permixtus, in multas ac parvas bullas dispersus. Porro qui strangulantur laqueo suspensi, quidam soluto laqueo celerrime, manent superstites, & parum læsi, quidam tardius soluti, manent demortui & morientes, hos Hipp: appellat καταλυομένους; De his qui moriuntur, nondum tamen mortui sunt, docet spumam considerare, ac prædicere, si spumam ore mittunt, liberari non posse; utitur autem voce ἀναφέρειν .i. non referri scilicet posse; à sepultura ad vitam. Ratio autem quare nunquam aut raro, sic enim intelligenda est sententia, est, quoniam raro visum est, ut qui ad id mali pervenit præ nimio calore

pulmonis & cordis, & vehementi accedente pulmonis & thoracis agitatione, spumam mittens substantia & nativa pulmonis humiditate, liquatis, & partim in flatum versis, liberetur.

APHORISMUS XLIIII.

Qui naturâ valde sunt crassi citius intereunt, quam qui graciles.

Commentarius.

Ad moderatos factâ collatione melius est ad gracilitatem quam ad crassitudinem labi, pari intellecto in ambobq excessu, alias nihil referret dicere, admodum crassorum habitum magis malum esse, quàm gracilium non admodum: Galenq in Com: refert causam ad copiam sanguinis & spiritus. Crassi enim admodum angustas habent venas, & arterias si tales a naturâ & prima ipsa generatione fuerint, ac perinde calorem, sanguinem & spiritum paucum in ipsis continebunt. Cum vero ab his vita servetur, crassi admodum à natura brevis erunt vitæ. Qui vero crassi, victu & quiete, facti sunt, non erunt pauci sanguinis & angustorq meatuum. Graciles præterea à natura amplas habent venas, & arterias, multum sanguinem, copiosum spiritum, & nativum calorem, à quibq diutius vita servatur.

APHORISMUS XLV.

Epilepsia laborantes pueros, cum loci, victusq; tum maxime ætatis mutatio liberat.

Commentarius.

De morbo comitiali laborantibus pueris hic docetur, salutis spem sitam habere in mutatione potissimum ætatis regionis & victus Galen: Sect: 5. com: 7. legit etiã locorum

Pueri frequenter laborant morbo comitiali, hi autem sunt ante annum 14. Ob temperaturam humidam, & crudilates quas accervant ob inordinatum vivendi modum; restat igr ut accedentibg his quæ siccare valent, sanentur. Meminit autem Hipp: ætatis quoniam & si alia juvent, ætas eos sanare solet. Quod ex his maxime constat quæ ab ipso scribunturg aphor 7. sect: 5 Ubi pueros morbo comitiali laborantes mutationem dicit accipere posse, post 25 annu vero commori; quod si aliæ mutationes, ut regionis & victus possent eos curare, post 25 reciperent mutationem. Vidimq autem non paucos pueros mutatione ætatis liberatos, nullu tamen post 25. Regionis quoq; mutatio ab humidiori in sicciorem valde juvat; Comprahendit autem regio habitationem, äerem ambientem, & anni tempg, ab omnibg n: his juvatur; sic & à victus mutatione, qui comprehendit alimenta, potus, exercitationes & artes; Hic aphorismg excludit juvenes, a 25 anno enim epilepsia non liberantur ut supra diximg; ætas a. juvenilis ē à 25 ad 35.

APHORISMUS XLVI.

Duobus simul doloribus non eundem locum occupantibus, vehementer alterum obscurat.

Commentarius.

Quoties imaginatiba vis animæ in diversa distrahitur singula minus benè cognoscit, atq; ita phreneticorum respiratio fit magna & ex longis intervallis, teste Hip: lib. 1. prog: Vehementibg enim imaginationibg distracti abundantiam caloris & respirandi necessitatem non sentiunt.

tiunt aut tardè: sic & validis imaginationibq detenti, delata ob oculos non videmq. Pariter si quis dolores duos simul patiatur, non in eadem parte, major obscurat alterum, quoniam major animam ad se convertit, hæc vero dolori majori vehementius intenta, minus alterum sentit h. e. minq sentiet causam quæ minorem dolorem infert. Dolor item de causis trahentibq est, quoniam concitat animalem facultatem, hæc v. ad partem dolentem mittit spiritum & sanguinem uti auxiliares copias. Fiet igr ut non tantum, quoniam animum distrahit, major dolor alterum minorem sedat: sed quoniam spiritus est potissimum animæ instrumentum, quod si alio vertat, minus alio loco ministrabit sensum. Accedit etiam quod sanguis impetu missus in partem dolentem, continuitatem partis solvit: si verò in aliam partem distrahatur, minus in alteram confluet, minus disrumpet ac minorem dolorem efficiet. His de causis recte dixit Si duo dolores simul fiant non in eadem parte aut loco vehementior obscurat alterum: fieri autem nequit quin minor quoqq aliâ ex parte majorem minuat, quoniam is quo tempore sentitur animam distrahet. Si tamen in eadem parte, veluti brachio aut crure, aut capite fiant, unq alterum non obscurabit. sed potius eundem augebit: non n aut animam ipsam aut fluxionem distrahet in alium locum. Nam & nos arte dolorem tibiæ sedare aut minuere volentes non fricamq tibiam ipsam, neqq cucurbitulas eidem apponimus distrahendi ratione, sed brachia fricamq aut ligamq, aut alteram tibiam. Cum itaqq dixit non in eodem loco, partes corporis locos appellat, & modò non eandē

exquisitè intellexit, quoniam ut Gal: inquit in Com: nunq in eodem loco exquisitè fiunt duo dolores, sed in eodem lato loco, in quo fieri non debet, ut valeat major minorem obscurare. Sed dices ponamus partem aliquam secari candente ferro, eo tempore pars illa simul sentiet continuitatis divisionem, & calorem subitò illatum exurentem, quare duo tristes sensus diversorum objectorum, & duo dolores simul eandem partem occupabunt. Dicimq veram ee Galeni sententiam, & rationem esse levissimam: quoties enim duo immutantia sensum adèo validè ut dolorem inferant, se offerunt eidem parti, unicus sensus tristis nascitur, non duo. Dicas n: si placet, Si quis ab igne solo secus posito uratur, an sentiat unicum tm dolorem? Ita est sanè. Verum duæ distemperantiæ alterant subitò & affatim ipsum, calor & siccitas. Valet autem siccitas calori conjuncta efficere dolorem. Ecce duæ sunt causæ doloris distinctæ specie, unicus tamen dolor, quoniam igr & calor candentis ferri alterando & corpus ferri secando, dolorem inferant, non efficient dolores duos, sed unicum, aut oportet ibidem tres adesse dolores. Præterea cum dolor sit tristis sensus causæ subitò mutantis, quamvis duæ caæ simul moveant, si uniq tantum potest sensus rationem reddere, uniq quamvis confusæ, erit sensus non duarum, & unicus erit dolor. Is tamen qui uritur a candente ferro, qui simul penetret ignis scindentis tantum sensum habet, qui urendo scindit. Cum igitur dolor sensus sit, si sensus unum tm

sentit, & uniq tantum reddit rationem, unicus erit dolor, non duo, aut tres. Praeterea si quis corpora tinctia colorem album, & rubeum obscure commisceat valde, colorem roseum efficiet, quem si visq inspexerit, unicam efficiet sensationem quamvis causae sint duae spe differentes. Quapropter etsi duae causae doloris uni parti se offerant, unica tm erit sensatio confusa, atqz uniq dolor. Hinc fiet notum duos colores contrarios mixtos, & duas qualitates contrarias, ubi simul eidem parti admoveantur, quam movere possint; efficere motiones contrarias, sed sensum unicum atqz confusum esse quo contraria sentiantur.

APHORISMUS XLVII.

Dum pus conficitur dolores ac febres accidunt, magis, quam confecto.

Commentarius.

Hic docemur ex signis agnoscere vigorem, ac declinatione inflammationum: Dum enim conficitur pus h.e. in vigore inflammationis, dolores & febres magis eveniunt, quam ipso confecto. In gradu inflammationum humor confluit in parte, quam subingreditur à magnis vasis in parva, & ab his in minutissima & poros membrorum transiens: Totum autem illud tempus est principium: Dum v. is humor qui in tumore continetur effervescit, & dilatatur est tumoris augmentu. Deinde pus conficitur in summo vigore, exesa parte & carne interposita lacerata, & simul cum sanguine in pus transeunte. Interim tamen majores, quam toto alio tempore inflammationis, concitantur dolores ob calorem, & diruptionem & consumptionem carnis musculi & vapore multo in co

transmisso, febres majores. Hoc est quod voluit Hipp: & pure confecto hæc duo minora reddi, quoniam vaporis exalavit, & fervor fuit depressus, & ea ratione febris minor; Dolor autem in pondus mutatur, & pro dolore & morsu succedit partis gravitas, hæc v. est morbi declinatio.

APHORISMUS XLVIII.

In omni corporis motu, ubi laborare cœperit, quies statim lassitudinem levat.

Commentarius.

Hic aphor: docet conservationem bonæ valetudinis; quando sci: quiescendum sit in exercitationibus; & quod sit remedium laboris vel lassitudinis nimiæ quies. In omni corporis motu .i. in omni exercitatione, quia hæc solet in laborem ducere corpus, atque illud ita defatigare. Erit igitur terminus exercitationis lassitudo, aut dolor; & remedium uti privativum contrarium, quies:

APHORISMUS XLIX.

Consueti solitos labores ferre, etsi fuerint imbecilles ac senes, non consuetis fortibus & juvenibus facilius ferunt.

Commentarius.

Quantum valeat consuetudo vel ex hoc patet aphor: Assueti enim quamvis invalidi & senes, facilius ferunt labores solitos, quam juvenes & validi labores insuetos. Experimento id patet, qui enim assuetus est à juventute arare, aut remigare, aut terram fodere, senex factus, facilius id facere fert, quam juvenis non consuetus. Id

quoq; in animi actionibus verum est, nam qui assuetus e legere literas diu, quamvis languidior, facilius id facit quam robustior non consuetus; In his habitus est in causa qui animam ad similes actus inclinat. Cum & in naturalibus actionibus consuetudo nascitur superandi cibos, & quosdam consuetudine familiares facimus, quos facilius mutamus; & athletæ ex consuetudine plurimos ingurgitant cibos, & hæc omnia sine noxa. Hinc Gal: 1. de motu musculorum. Consuetudo, inquit, est accessoria natura, & lib. 1. De sanit: tuen: Consuetudo, inquit, est ascititia natura. Laboribus autem assueti facilius ferunt eum tum ob articulorum duritiem, tum ob virium robur; Præterea Hipp: in prima aphor: parte admonere vr, ut non dimittantur assueta exercitia, quoniam inde magna mala sequi solent, & nos ipsi vidimus multos, qui assuetas exercitationes dimiserunt, brevi post in magnos morbos incidisse, & quosdam eorum mortuos. Id itaq; est quod dixit Consueti solitos labores ferre, quod est non dimittere, neq; fugere, aut detrectare labores assuetos.

APHORISMUS. L.

Consueta longo tempore, etiamsi deteriora sint, insuetis minus molesta solent esse: quare ad insolita quoq; facienda mutatio.

Commentarius.

Duo docet in præs: aphor: Hipp: Primum in præcedenti docuit speciatim in exercitationibus, nunc v. generatim in omnibus causis, quas non naturales vocamus, nempe cibis potibus, somnis, vigilijs, impletionibus, vacuationibus, & animi

accidentibq omnia comprehendens, cum dicit Consueta longo tempore, etiamsi deteriora sint, insuetis minus molesta solent esse; subintellige quamvis non consueta minus mala sint. In secunda parte consulit ad inconsueta permutare, veluti colligens. Si enim consueta minus molestant, omnibq assuefieri erit meliq, decet igr ad insueta permutari. Cum & venenis assuefieri posse putarunt antiquiores, qui vetulam ferunt veneno sensim assuefactam, & ex Ruffi sententiâ puellam nutritam veneno ut interficerentur per eam Reges & præsides, qui cum ea convenirent. Et Gal: l. 3. de simp: med: fac: c. 18. Venena frigida alere posse inquit. Id quod anus Atheniensis experimento docuit, quæ ab exigua cicutæ potione auspicata, nullo detrimento ad magnam progressa ē copiam.

APHORISMUS LI.

Plurimum et repente vacuare, vel replere, vel calefacere, vel refrigerare, aut aliò quovis modo corpus movere, periculosum: omne siquidem nimium naturæ inimicum: quòd verò paulatim fit, tutum est, cum aliàs, tum cum ab uno ad aliud fit transitus.

Commentarius.

Præceperat ad inconsueta transire in præced: aph: quia id ad sanitatis securitatem videbatur esse necessarium, modum tamen transeundi definit in præsenti, omnem subitam mutationem vituperans, laudans v. eam quæ sensim fit. Et inquit Plurimum & repentè vacuare, aut implere

vel calefacere, vel refrigerare, aut alio quovis modo corpus movere periculosum est: Rationem subjungit dicens Omne siquidem nimium naturæ inimicum. Huius sententiæ veritas experimento facilè constat. Si enim universum corpus mutare quovis modo tentaveris, dolorem inferes, n tantum ubi à naturali dispositione, in id quod præter naturam est mutetur; verum etiam si a non naturali dispositione in nativam & propriam reducatur. Dolorem enim infert omne pathema, universim & subitò ingruens inquit Plato in Timæo. Non tantum igr quoq manq affatim & subitò refrigerantur, dolent, sed si manus ita refrigeratas igni propè admoveas, ita ut subito & universim incalescant, dolorem patieris. Causam vero invenire non est difficile. Qui enim calidi alias à natura sunt si subitò refrigerentur symmetriam amittunt, ut Gal: in Com: inquit, in qua sanitas & propria natura servatur, & advenit subito alia nalā quæ corpori recipienti contraria est. Quod sensim facta mutatione non accidit, tum quoniam non sentitur, tū quoniam quod advenit naturale fit, & consuetum; Est a consuetudo ascititia natura. Cum v. alteratur quis à dispositione præter naturam versus naturalem, subitò dolor accidit ob inæqualem intemperiem ex præcedente & adveniente compositam.

APHORISMUS LII.

Omnia secundum rationem facienti, si non succedat secundum rationem, non est transeundū ad aliud, stante eo quod ab initio visum est.

Commentarius.

Longâ oratione hic opus esset, si quis vellet hoc loco reprehendere medicos nostri seculi, quales & Gal: tempore

fuere, qui quoties ad visendos ægrotos accedunt, nova alia atque alia eis injungunt medicamenta, non arte quidem sed techna utentes, ut videantur aliquid fecisse, & diligentiam ac curam maximam adhibuisse, neque possint accusari apud vulgus & assistentes, quod æger aut mortuus fuerit, aut in periculo constitutus ob medicorum incuriam. Præterea ut jure mercedem reportasse videantur. Præstaret a principio omnia probe perpendere, morbos & causas agnoscere, & singula diligenter considerare, deinde remedia admovere, à quibus recedendum non esse præcipit Hipp: etiamsi non succedat secundum rationem, ubi maneat ac perseveret, quod à principio visum est, à interim dum immutata manet indicatio, à qua motus medicus ea spe remediorum usus est. Ut igitur aliquid secundum rationem factum à nobis existimemus, intelligere decet, in exemplo, aliam esse indicationem in febre, quæ sumitur à morbo qua morbus est, aliam à morbo hujus generis, sci: caloris, tertiam a caloris quantitate e.g. quatuor numerorum. Qua morbus est contrarijs eget, atque eis insistendum, quoad morbus fuerit; qua vero calidus morbus est frigidis eget, atque in eisdem persistendum quoad morbi genus servetur; quatenus tamen quatuor est numerorum calor, quatuor numeris aut pluribus frigidorum uti decet: periculi magnitudine simul cum morbi magnitudine perspecta, servare debemus remedij quantitatem & vires, dum servatur morbi quantitas. Manente igitur morbo contrarium objiciendum, & manente specie morbi, maneat species contrarij: singulare v. remedia

duab. de causis mutamq: aut quoniam morbi quantitas mutata est: tunc enim mutamq ad dictam mensuram, præsidium; aut immutata morbi quantitate mutamus præsidium in aliud ejusdem quantitatis & speciei, quoniam consuetudo non patiendi causa est: idqq cum videris non succedere secundum rationem, in aliud tamē aut alterig generis, ejusdemve, sed diversi vigoris, non transibit medicq, manente eo, quod ab initio visum est. Dum tamen id fuerit probè perspectum, & ex artis præceptis consideratum, etiamsi non eveniat, quod secundum rationem foret sperandum: Nam medicamenta quæ ex ratione & arte morbis conveniunt, sæpe solent longa pugna, & spatio temporis, eadem, aut similia repetita, curationem perficere; quod Gal: guttæ aquæ exemplo docet in Ps: Comm: & alibi. Quemadmodum n: guttæ vis non ostendit se in lapide unico ictu, sed plurimis: nam Mollior assiduis saxum cavit ictibq unda; ita medicamentum pro ratione adhibitum, sæpiq repetitum ac perseverans suam ostendet actionem. etiamsi non statim veniat pro ratione auxilij manifestum atqq effatu dignum juvamentum; aut forte noxa sequatur non medicamenti, sed alterig causæ ratione, quam rursus disquirere convenit. Quamvis & hoc secundum his qui non satis perspectas habent causas, posset esse indiciū à posteriori, quos dixīmq à juvantibus & nocentibq ad morbi dignotionem non parvum, & ei qui non secundum rationem operatur, aut etiam morbum ignoranti ad mutandum consilium, remedium, & remedij speciem.

APHORISMUS LIII.

Quicunque in juventute alvum habent humidam, melius degunt quam qui siccam, in senectute verò pejus habent, ipsis enim senescentibus plerumque resiccatur.

Commentarius.

Ex enarratione aphor: 20. hujus sectionis aperta est hujus sententia, qua Hipp: laudat magis alvos humidas, quam siccas; nam fluxili existente ventre, minus congeruntur excrementa, quæ per ventrem facilius & copiosius purgantur, quam ad ambitum corporis distracta. Et ea ratione juvenes melius in juventute evadere aut degere dicit. Quoniam v. in senectute transeunt in siccitatem, in ætate illa deterius degent, idque plerumque, siquidem plerumque eam faciunt mutationem, quod ad integram veritatem aphor: 20 fuit addendum.

APHORISMUS LIV.

Magnitudo corporis in juventute liberalis et speciosa, in senectute vero gravis, et paruitate deterior.

Commentarius.

Ex hoc aphor; patet, qualisnam statura sit optima in juvene, & quæ conveniat seni. Longitudo quæ sine crassitudine est, & quadratura, in juvenibus apta & decora, & in senibus inepta, & deterior brevitate, quoniam hi statim advenien= te senectute gibbosi fiunt, & incurvantur.

HIPPOCRATIS APHORIS-MORUM SECTIONIS TERTIÆ

APHORISMUS I.

Mutationes temporum potissimum pariunt
morbos et in ipsis temporibus magnæ mutati-
ones frigoris, aut caloris, et alia pro ratione
similiter.

Commentarius.

Hæc tertia sectio aphor: Hipp. circa duo versatur; nam
prima parte docet quantum valeant tempora, eorumq; mutati-
ones ad generationes morborum, & ad servandas aut mutã-
das naturas, quousq; singula anni tempora procreent morbos.
Secunda per singulas ætates percurrens docet, quæ quib9 mor-
bis sint obnoxiæ. Hic autem dixit mutationes temporũ
parere morbos, ob äerem qui nostra corpora inspiratione & trã-
spiratu perpetuo alterat: Et in ipsis temporib9, inquit, ma-
gnæ mutationes frigoris aut caloris morbos adferũt
& alia pro ratione similiter. Nam si in quovis tem-
pore anni magnæ mutationes a naturali tempor9 tempera-
tura fiant, morbos parient. Ubi mutationes sint ad calidũ
vel frigidum, item ad humidum aut siccum, aut simul mul-
tis modis, & ventorum successiones, & mutationes diversæ eve-
niant. Dixit autem magnæ quia leves mutationes mor-
bos non pariunt.

APHORISMUS II.

Naturarum quædam ad æstatem, aliæ ad hye-
mem benè aut malè se habent.

Commentarius.

Natura, constitutio est ex elementis. Hæc verò tunc benè
se habet cum servatur, malè verò cum alteratur & corrumpitur.

Temperata v. optime degit, sed de distemperatis agit aphor: ac proinde meminit distemperatorum anni temporum meminit æstatis & hyemis, Naturarum, dicens, quædam ad æstatem quædam ad hyemem benè aut malè se habent. Nam calidæ benè paratæ sunt ad æstatem malè ad hyemem. Et naturæ frigidæ bene se habent ad hyemem, quoniam servantur ab ipsa, malè ad æstatem, à qua mutantur, simile nanque à simili servatur, mutatur à contrario. Quod de non valde labentibus naturis intelligi debet: nam valde lapsæ ad calorem æstate facile ægrotant, & valde lapsæ ad frigiditatem, hyeme, & contrarijs temporum temperaturis præservatur. Calidæ præterea naturæ ac frigidæ ad media tempora ut ver, & autumnum modice quodammodo se habent, siquidem quadamtenus servantur, & quadamtenus alterantur.

Aphorismus III.

Morbi alij ad alia tempora benè vel malè se habent, et quædam ætates ad alia tempora, & loca, & aliud victus genus.

Commentarius

Confert hic morbos & ætates, ad tempora, locos, & victus dicens quædam horum quibusdam magis apta esse, quædam minus. Quemadmodum in præcedenti aphor: naturas anni temporibus contulit, ita hic ægritudines & ætates bene aut malè se habere dicit, ad tempora loca & victus: Morbi siquidem calidi, calidis temporibus facile eveniunt, & frigidi frigidis, humidi humidis, & sicci siccis. Malè vero morbi calidi frigidis temporibus eveniunt, & frigidi calidis, facilè quidem in similibus eveniunt, sed à contrarijs facilè curantur: ubi postquam à similibus generantur contraria tempora succedant. Idem de regionibus & victus rationibus intelligendum. Calidi siquidem morbi his, qui victu calido utuntur

facilè eveniunt, & victu contrario curantur: uti & victu frigido difficilè succedunt, & difficilè curantur, similes siquidem ab æstate servantur, ab hyeme alterantur. Collationes in morbis frigidis, humidis, & siccis facie mq. Ætates deinceps ad tempora, loca & victq bene aut male se habere dicit. Nam ætas calida ut juventus ad regiones & tempora frigida benè natura apta est, siquidem in eis benè degit; & ætas frigida ut senum in regionib. & temporibq calidis, in similib. tamen regionib. & temporib. male. quoniam ab ipsis facile in morbosos lapsus ducuntur lapsæ temperaturæ. Adolescentium ætas temperata cum sit, in omnibq moderatè se habet. Idem quoqz de victq rationibq dicendum à similib. irritari lapsas ætates, à contrarijs moderati ac servari, præter pueritiam cuiq lapsus ad humiditatem est adeò necessarius ad extensionem corporis & vitæ prorogationem, ut similibq omnimodo servari debeat. Lacte quoqz humidissimos infantes alimq, mel tamen cave putes humidum esse, aut infantibq alimenti ratione præbendum.

APHORISMUS IV.

In temporibus cum eodem die modò calor, modò frigus, autumnales morbi exspectandi.

Commentarius.

Morbos autumnalibus similes sperare debemq, quocunqz tempore tales fiunt mutationes, quales autumno fieri videmq singulis diebq; nam mane frigus fit, meridie calor, rursus vespere frigus. Quod si similes mutationes fiant intra diem, etiam alijs anni temporibq, autumnales morbi sunt sperandi, teste enim Gal: in com: temporum temperaturæ, non ipsorum appellatiões morborum causæ sunt. Cæterum notandum est, quod autumno quidam fiunt morbi, qui sequuntur totam ipsiq constitutionem, quæ frigida est & sicca; Autumnum n: frigidũ & siccum esse dicit Hipp: lib. de naã humana; Siccus, inquit est au-

tumnq, & hominem jam frigefacere incipit. Quidam sequuntur autumni constitutionem ut æstatem sequitur, non propriam ipsam autumni naturam veluti in aphor: 11 seq: cum inquit si hyems sicca, & aquilonia, ver verò pluviosum & australe, necesse est æstate febres acutas fieri, & lippitudines; hoc loco febres acutas & lippitudines fieri dicit æstate, non tantū æstatis ratione, sed præcedentium temporum. Ita aphor: 9. dicit Autumno morbi acutissimi atq exitiosissimi omninò; Gal: verò id refert ad æstatem præcedentem, & autumnum sequentem ipsam. In præsenti v. non refert morbos totius autumnalis constitutionis, neqz eos quos facit, quoniam æstatem sequitur, sed eos, qui sequuntur singulas dierum varietates, per calorem & frigiditatem. Sunt autem morbi hi inconstantes, varij & mali judicij, quales in inconstantibg temporibg fieri dixit infra aphor: 8. & autumno ob partium dierum varietatem fieri necesse est, nunc quidem calefactis, ac dilatatis humoribg, nunc verò refrigeratis, ac constrictis, tales etiam fiunt, quoties eadem die calor & frigus fit, varijs concitatis humoribg & imbecillitata natura, varij inconstantes & mali judicij; sive non firmi. Horq meminit aphor: 22. seq: Sunt autem quartanæ febres erraticæ, lienis, aquam intercutem, urinæ stillicidia, q̄ oīa tp̄is inæqualitatem sequuntur.

APHORISMUS. V.

Austri auditum hebetantes, caliginosi, caput gravantes, pigri, dissoluentes; quum itaq huiusce modi tempestas dominatur talia invalidis accidunt. At si aquilonia fuerit, tusses, faucium asperitates, alui duræ, dysuriæ, horrores, lateris et pectoris dolores: hac itaqz dominante, talia

infirmos exspectare oportet.

Commentarius.

Venti flantes variant constitutiones temporum; quoties enim media hyeme flat auster, tepescunt omnia & frigora coërcentur. Media æstate flante borea calor in frigus vertitur. Est enim boreas frigidus & siccus, itemque ei collateralis aquilo, auster vero & notus calidus & humidus. Flat siquidem auster ab Oceano, & à meridionali plaga. Primum efficit humidum quandoquidem nubes ad nos adferat, secundum calidum quia à calidis flat locis; Ita boreas frigidus est ob absentiam solis à parte qua flat nempe Septentrione, & siccus non tantum quia non adfert nubes, sed etiam quia allatas propellit. Subsolanus ab Oriente flat & siccus est. Zephyrus ab occidente & est humidus. Flante austro auditus hebetatur, humectato cerebro & äëre per quem permeant sonitus; Auster caliginosus est non quod äërem caligine impleat, sed quoniam oculos caligine obtundat. Sic etiam & caput gravat, & nervos laxans pigritiam adfert & totius corporis dissolutionem, dum prævalet hæc constitutio: ut & prævalente aquilone fiunt tusses ob frigidam intemperiem, & fauces exasperantur. alvus a. comprimitur à frigore & exsiccatur, ac proinde fæces retinet, quæ ut veniet ipse obdurantur. Difficultas urinæ fit compressis musculis claudentibus vesicam. Horrores à frigore cutem alterante. Dolores pectoris & lateris ob frigiditatem lædentem partes exangues. Atque hæc accidunt dum aquilo prævalet, alios ventos omnes superans, & diu flans.

APHORISMUS VI.

Quum æstas fit similis veri, sudores multos in febribus exspectare oportet.

Commentarius

Videmus quovis anni tempore fieri sudores ubi calor humidita-

ti junctus superabundat, abundat autem magis tempore verno; atque propterea dixit sudores fieri multos ubi æstas veri similis fuerit; ut enim dixerat si eadem die calor & frigus fit autumnales morbos exspectare oportet, sic hic si æstas veri similis fuerit, talia exspectare convenit qualia verè solent evenire. Sudores autem vere eveniunt multi; calor namque ipsius effundit humiditates ex hyeme concretas, & eas ad cutem evocat; Et ubi Gal: in Com: inquit, æstate adest calor ambientis, hyeme humiditas, vere utrumque: Nec tamen inde sequitur ver esse calidum & humidum; quia Gal: loquitur de calore ambientis & humiditate corporis. Nam multi sudores fieri non possunt sine calore ambientis, & humiditate corporis.

APHORISMUS VII.

Magnis siccitatibus febres fiunt acutæ: quod si annus talis esse pergat, qualem temporis statum effecerit, tales ferè morbos expectare oportet. Commentarius.

Febres acutas fieri magnis siccitatibus jure dixit Hipp: quia hæ a bile fiunt, bilis autem siccitate accrescit, & sanguis acrior redditur. Quod si talis fuerit annus magna ex parte, sic etiam magna ex parte tales fient morbi, nec perinde multi, quoniam ut dicet in aphor: 15 Siccitates imbribus sunt salubriores, & minus lethales.

APHORISMUS VIII.

Certis temporibus et suam tempestivitatem servantibus certi ac judicatu faciles morbi fiunt: Incertis autem et alienis incertæ quoque ægritudines fiunt, et ad judicandum difficiles.

Commentarius.

Constantia tempora sunt Gal: quæ propriam servant naam: ide ubi hyems fuerit frigida, neqz nimis clemens, neqz modum frigiditate excedat, qualis regionib. singulis debetur, & accesserint quædam pluviæ ita ut potius humida quam sicca sit. Ver temperatum, sed pluviæ copiosæ n̄ tn̄ immodicæ; Æstas calida & sicca, neqz omnino sine pluviis. Quando tales fuerint constitutiones morbi fiunt certi ac judicatu faciles, quoniam tempestive tempestiva redduntur. Bonæ siquidem fieri solent judicationes quoties humores morbos facientes quieti sunt & pacati, quos interim naa coquit ac superat deinde excernit. Incertis autem & inconstantibq temporibq, humores turbantur, neqz servant unam naturam, neqz unum locum, sed varie cocti, & naturæ opus fugientes instabiles morbos faciunt. Atqz inde fient mala judicia; hæc enim sunt cum pravis symptomatibq & solent recidivare, quoniam ubi causæ quæ morbos efficiunt, dispares sunt, pars cocta excernitur, & cruda à judicatione remanens facit morbum. Id v. e mali judicii esse. Quamobrem per ea tempora, præsertim si ad calorem & humiditatem magis inclinaverint, pestem futuram recte prædicemq, nihil boni sperantes in febribq, earumqz judicationibq.

APHORISMUS IX.

Autumno in universum morbi acutissimi et pernitiosissimi: ver autem saluberrimum et minime epitiosum.

Commentarius.

Com: aphor. 4. dictum est quod quidam morbi autumnales sequuntur naturalem temporis anni constitutionem de quib. aphor: 22 quidam v. dierum ipsiq inæqualitatem de quib. aphor: 4. quidam denique ejus ad æstatem sequelam, De quib. præsenti aphor: dicit autumno fieri morbos acutissimos & pernitiosissimos: Autumnus a omnium temporum pessimq est quia frigidus & siccus est auctore Hip lib: de humana naa, ubi dicit, Siccus est autumnq, & hominem jam frigefacere incipit: Solus enim ad meridiem est calidq, toto reliquo tempore est frigidus, siccus quoqz & ea ratione naæ nræ gtrarius; et est inæqualis calore & frigore in singulis ipsis diebq q naturæ adfert

imbecillitatem. Ad quae omnia sequitur ut morbi acutissimi idem brevissimi cum periculo fiant ac perniciosissimi. Ver autem cum temperatissimum sit saluberrimum erit, & minime exitiosum.

APHORISMUS. X.

Autumnus tabidis malus.

Commentarius.

Autumnum malum esse tabidis cum experientia, tum ratio evincit; nam quoniam siccus est succos laedit, quoniam vero inaequalis languorem adfert, atque ipsi languent. Per tabidos hic intelligit Hipp. eos, qui quovis modo consumpti sunt, sive ulcus pulmonis patiantur, sive non: utrisque n: autumnus adversissimus.

APHORISMUS XI.

Inter anni tempora, si hyems sicca et aquilonia, ver pluviosum et australe fuerit, aestate necesse est febres acutas fieri, et ophthalmias, et dysenterias, mulieribus praesertim, et viris natura humidioribus.

Commentarius.

De temporib. inquit Hipp: Si hyems sicca fuerit & aquilonia, ac si diceret frigida, ver autem australe & pluviosum, humidum ac calidum statuit, necesse est aestate fieri febres acutas, lippitudines, & intestinorum difficultates. Sequuntur hi morbi aestate naturam suam servante, ob praecedentis hyemis & veris mutationes, quamvis neque hae magnae fuerint, neque propriis naturis temporum contrariae. Siquidem hyems natura sua frigida est, & boreas saepius per ipsam flare solet; Quod vero siccam dixit, contraria est naturali quae frigida & humida esse debet auctore Gal: com: 13. seq. Humidam quoque significavit veris constitutionem, dicens Ver pluviosum & australe. Praeterea cum constitutio praesens veris, constitutionem hyemis corrigat, siquidem prior fuit siccior justo & sequens justo humidior, restabat ut non essent sperandi morbi vere, sed

sequenti æstate. Humiditate quidem perseverante & ad æsta-
tem servata, hac vero æstatis calore liquata, atq; ebulliente,
sequuntur putredines, quoniam calor & humiditas putredinis
principia sunt. fiunt etiam morbi ab Hipp: traditi; Febres a-
cutæ humoribus incalescentibq & putrefactis intra vasa. Lippi-
tudines distillantibq humoribq a capite in oculos, quemadmo-
dum ubi defluxerint ad intestina dysenteria. Vera quidem
ubi acres fuerint humores & erodentes, ubi vero tales non fu-
erint, non vera fiet, decumbente sanguine ad intestina, & per
eadem vacuato, erunt hæ cruentæ dejectiones, verum absque
ulcere. Necessario tamen hæc sequi dixit, quoniam id n̄ tantū
experimento comprobavit, sed horum causas firmas esse agnovit
ad prædictos morbos gi[illegible]dos. ut patet ex ejus libro de aëre, aquis
& locis. Dysenterias & mulieribq & viris humidioribq fieri
par est, & si quidem circa canis ortum accedat aqua, & etesiæ
spiraverint spes est cessationis, & ut autumnq salubris fiat;
sin minq periculum est ne pueri & mulieres moriantur. Flatus
etesiarq. (i: ventorq frigidorq & aquil:) bonus circa canis ortū.

APHORISMUS XII.

Si vero australis hyems, et pluviosa, et tepens fue-
rit, ver siccum & aquilonium, mulieres quibus partus
in ver incidit, quavis occasione abortiunt: aut si pari-
ant tam infirmos et morbosos partus edunt, ut vel sta-
tim intereant, vel tenues et valetudinarij vivant:
cæteris dysenteriæ et ophthalmiæ siccæ fiunt, et se-
nibus catarrhi citò interimentes.

Commentarius.

Descriptis aphorismo præcedenti duabq constitutionibq hic
duas alias opponit, ubi n: hyemem statuit siccam borealem,
hic vero eandem statuit austrinam, pluviosam. idē climētē.

Ver autem inquit siccum ac boreale, quod opponitur australi præcedentis; mulieres quarum partus in ver incidit, ob quamvis causam manifestam abortiunt. Morbos & symptomata quædam narrat quæ vere eveniunt, de quibus est abortus. Ver enim frigidum & aquilonium humiditates ab hyeme contractas, intus convertit, & ad uterum deductæ acetabula dissolvunt, ad quod sequitur abortus, quavis occasione accedente, ut motu, labore, dolore, malo victu. Præterea cum frigiditas ambientis, poros inveniat patentes ob hyemis calorem & humiditatem, penetrat ad uterum usque. Quod si ea de causa abortiant; sin minus parient infantes tam infirmos & morbosos, ut vel statim intereant, vel tenues & valetudinarij vivant ∼ simpliciter apti erunt abortu naturæ ad incidendum in morbos; id enim potuit frigus humori junctus penetrans facere. Alijs autem evenient dysenteriæ a salsa pituita, quæ hyeme genita à calore, frigore superveniente comprimetur ad intestina: ubi erodens dysenteriam efficiet. Aliter etiam à calore & humore hyemis, accessit sanguis ac dulcis pituita, quæ rursus coctione fiet sanguis, adveniente tamen vere frigido, sanguis ad intestina expressus dysenteriam efficiet. Lippitudines quoque dixit siccas, fluentibus namque expressione humoribus à capite in oculos, lippitudo fiet, à qua ob ambientis frigiditatem & siccitatem clausis poris nihil effluet: Et senibus quoque fient in hac constitutione defluxiones cito interimentes, cum sci: acres humores ad pulmones abundè defluant. Item cum ad cor per arterias descendant, aut soporiferas oppleverint.

APHORISMUS XIII.

Æstate vero sicca et aquilonia, autumno pluvioso et australi, capitis dolores ad hyemem fiunt, et tusses et raucitates, et gravedines, nonnullis etiam tabes.

Commentarius.

In illa anni constitutione quæ descripta est aphor: 11. hyems fuit aquilonia, sicca, ver australe pluviosum, neqʒ attulerunt morbos hæc duo tempora, quoniam unius distemperies alteriq præcedentis emendauit. Verum perseverante humiditate veris ad æstatē usqʒ, æstas morbos ibi enumeratos intulit. Hic similiter cum æstatem ponat siccam & frigidam, autumnum v. humidum & calidū, secunda tempestas distemperiem primæ emendat, ac proinde non in ipsa, sed in sequenti hyemali morbi fient. Hyeme sci: suam servante naturam, ut in aphor: 11. æstatis servavit. Cæterum ut ibi ad morbos procreandos æstate, opus fuit humiditatem veris perdurare usqʒ ad æstatem, sic ad procreandos morbos hyeme in hac constitutione opus fuit, ut autumni humiditas ad hyemem usqʒ prorogaretur. Et quemadmodum in illa constitutione æstate suam naturam servante morbi euenerunt, ita hic post siccam constitutionem æstatis & humidam autumni, hyeme suam naturam servante, morbi hoc aphor: enumerati fiunt. Ea sunt capitis dolores, aceruata sci: in cerebro humiditate multa & impedita ob hyemis frigiditatem transpiratione & dissolutione. Quod si humiditas in capite non abundet, dolorem non efficiet. Sed expressa descendens in thoracem & guttur tusses concitat, in asperam pulmonis arteriam raucitatem, in nares grauedinem. Præterea ubi acres humores & biliosi in pulmonem descendant, aut salsa pituita, tabes fiet exulcerato pulmone, maximè v. in paratis ad phthisim, quorum pectus angustum est, & humeri alati.

APHORISMUS XIIII.

Sin aquilonius et siccus autumnus fuerit, hominib. natura humidis, et mulieribus benè erit: alios lippitudines siccæ, & febres partim acutæ, partim longæ, quosdam etiam melancholiæ male habebunt.

Commentarius.

Continuata oratione prosequitur quod cœperat aph: præcedẽti dicens, si v. æstas sicca fuerit & borealis, autumnus vero pluviosus & australis capitis dolores ad hyemem fiunt, & tusses & raucedines, quibusdam etiam tabes. Si vero borealis & siccus autumnꝰ fuerit, nãa humidis & mulieribꝰ confert, reliquis v. lippitudines siccæ fient, & febres acutæ & longæ, quibusdam etiam & melancholiæ. Autumno enim notum est juvari mulieres, & quæcunqꝫ corpora humida ac mollia fuerint, quia attemperantur; alijs autem nãa siccis sive durioribꝰ lippitudines siccas venturas, quoniam bilis arefacta & acrior reddita a cerebro in oculos transfusa lippitudines efficiet; a quibꝰ ob cutis ariditatem nihil effluet; Febres quoqꝫ acutæ succedent, absumpta serosa humiditate bilis, & ipsa intra venas acriori reddita. Hæc a. febres efficit ardentes quæ syncera bilis appellatur. Notum etiam evadet quod cum bilis arescat, & pars ejus crassior reddatur, tenui absumpta; tum etiam sanguis, ita ut plurimum transeat in melancholiam, futuras quoqꝫ febres longas: & quibusdam melancholias x' mentis turbationes ab humore melanch in capite idqꝫ citra febrem.

APHORISMUS XV.

Ex tempestatibus anni, in universum siccitates imbribus salubriores & minus mortiferæ.

Commentarius.

Laudat Hipp: hoc aphor: constitutionem siccam, vituperat humidam: quia magna pars morborum ht ortum ex abundantia excrementorum; hæc v. copia pluviarum augetur, & siccitatibꝰ absumitur. Quod si adhuc sicca existente constitu=

tione morbi euenerint minus erunt lethales, ubi tempori respondeant; aut dicemque minus lethalem esse constitutionem, quam rarius eueniunt morbi.

APHORISMUS XVI.

Per assiduos imbres morbi ferè fiunt, febres longæ, fluxiones alui, putredines, epilepsiæ, apoplexiæ, anginæ. Per siccitates autem morbi tabifici, ophthalmiæ, arthritides, stranguriæ, et dysenteriæ.

Commentarius.

Cum in aphor: præc: siccam constitutionem humidæ contulisset, in hoc morbos utriusque recitat, In constitutione humida dicens fieri febres longas, quoniam aucta humiditate diutius prorogantur humorum coctiones & morborum fines: Venter quoque laxatur, & inde dixit alui fluxiones: Fiunt etiam putredines tum in humoribus, tum et in membris ipsis, quia humiditas est alterum putredinis principium. Comitiales morbi acta in cerebro pituita; uti & apoplexiæ, ubi substantia cerebri multa irrigetur. Anginæ v. si a capite vel aliunde ad fauces defluxerit humor. Hæc de humidis constitutionibus & morbis dicta facilia sunt. Sed sequentia de sicca constitutione distinctione egent ad veritatem. Tabes n: proprie dicta non fit à sola siccitate sed a nimio frigore, aut calore & humiditate. Est enim consumptio cum ulcere pulmonis; ulcus autem fit à frigore diruptis vasis, aut calore, humore destillante in pulmonem ut Gal: vult. Erit igitur vera sententia de tabe .i. consumptione sine ulcere; Articulorum dolores non adeo notum est quomodo fiant in sicca constitutione, nisi arthriticos appelles eos qui quovis modo laborent articulorum morbo sive ob intemperiem sive ob atrem aliquem humorem ibidem arefactum. Stranguriæ fiunt ob nimiam siccitatem laborante vesica, & imbecilla reddita. Dysen=

teriæ accidunt ubi ob calorem siccitati conjunctum, humores acres generentur, qui ad intestina confluant, quales ad vesicam conversi etiam stranguriam efficere possent.

APHORISMUS XVII.

Quotidianæ tempestates aquiloniæ cogunt corpora firmantq; mobiliora item, expeditioraq; et coloratiora, & auditu valentiora reddunt, aluum siccant, oculos mordent, & si pectus dolor aliquis habuerit, exasperant: austrinæ verò corpora soluunt & humectant, auditum hebetant, caput gravant, vertiginem oculis, tarditatem et languorem corporib9 adferunt, aluum humectant.

Commentarius.

Dicit hic tempestates aquilonias corpora confirmare, siquidē frigiditas cum siccitate ea densat; valida etiam reddit quoniam calorem intrò revocat, inde sequitur ut omnes actiones tam animales quam naturales meliq fiant: inde agilitas oritur, bonq color, bonq auditus; nam & aeriditas ad bene audiendum commoda est. Mala tamen nonnulla refert quæ ad aquilonias sequuntur, parva quidem, & quæ malis ab austro ortis conferri non debeant. Hæc sunt ventris siccitas, arefactis fæcibq, aut calore interiq revocato & consumpto humore. Morsus oculorq qui a frigore fiunt. Et dolores thoracis, si qui præfuerint, exasperat atq; auget, quia frigidi venti thoracem subeunt, & membranas atq; exangues partes offendunt. Austrum vero sequentia mala & plura & pejora sunt. Auster n: corpora humectat ad quod ferè omnia alia mala sequuntur: nam ea de cā corpora dissolvit,

laxatis nervis & musculis; capitis gravitates, auditus he
betudines com: 5. exposuimq; vertigines oppleto capite, hu
more deinde in flatum ex parte verso, & difficiles motus tum
oculorq; tum totiq corporis ob dictam causam. Unum tamē
bonum ad austrum sequitur nempe quod alvus humectatur.
Totius a. huiq aphor: ratio ad is referenda in quo dixi
siccitates imbribq salubriores esse.

APHORISMUS XVIII.

Per tempora autem anni, vere et prima æstate
pueri, & his ætate proximi, optimè degunt, va-
lentq; maxime; æstate verò et autumno ad ali-
quam usq; partem senes; reliquo autumno et
hyeme, qui mediam ætatem attingunt.

Commentarius.

Hoc aphor: docet Hipp: quibq temporibq singulæ ætates o-
ptimè degant: & dicit vere & æstatis initio, pueros & his
ætate proxmos i. adolescentes meliq degunt. Huiq rei ratio
est quia adolescentes temperatissimi sunt; Hæc n: teste Gal
in com: omnium ætatum optima est. Optima autem tempera-
tura servari debet simili tempore, id a. ver est tempq tempe-
ratissimum. Et prima ætatis pars parump tm̄ a veris nāā dis-
sidet. Nam unumquodq; anni tempq tribq partibq natura divi-
sum est, prima præcedenti est similis, postrema sequenti,
media exquisitè servat temporis illius naturam. Quaprop̄t
rectè dixit Hipp: vere & æstatis initio optimè degere pue-
ros & adolescentes: ætates n: ut & tempora ipsa parum na-
tura distant. Deinde pueri parem habent calorem cum ado-
lescentibq & juvenibq: nam pueri & adolescentes augentur, &
eos conferens juvenibq parem habere calorem probat Gal: l. 1

de tempam: Et quamvis pueri plus habeant caloris innati quæ augentur corpora, ille calor tamen temperatus est & qualis in adolescentia. Habent sane pueri redundantem humiditatem, quæ etiam servari natura debet ad incrementum & prorogationem vitæ. Sed non servatur prima æstate. Verum cum Gal: dixit pueros initio æstatis optime degere, id tm̄ voluit magis securos esse à morbis, nihil de augmento curans quod ætatis successu speratur; idem enim est optime degere & minime ægrotare. Hoc est quod Hipp: voluit dicens valentq; maxime. Pueri vero sunt initio æstatis securissimi quia in tempore paulo justo sicciori, ætas paulo justo humidior, à lapsu & morbis qui ab ea humiditate evenire possent servatur & securissima est. Neq; resolvi pueros æstatis initio putandum, sed eorum cruditates coqui, & eorum humiditatem parum mutari verius temperamentum, uti & parum à veris natura distat æstatis initium. Senes etiam æstate bene vivunt quia hæc ætas frigida est, & calore æstatis corrigitur, idq; fit initio autumni, quo calor quodammodo æstivo similis est, ad autumni vero finem non item, & hæc ratio est quod Hipp: dicat, & autumni ad aliquam vero partem senes. Reliquo autem autumno & hyeme qui mediam ætatem agunt idest juvenes a 25 anno in 35. & subsistentes à 35 in 49. Juvenes in hyeme admodum bene valent quoniam eorq; calor non superatur, sed ad ventrē se conferens validior redditur, & in universum attemperatur ipsius qualitas quæ siccitati conjuncta est. Et subsistentes eadem ratione bene se habent hyeme.

APHORISMUS XIX

Quilibet morbi in quibusvis temporibq fieri possut

nonnulli tamen in quibusdam magis et fiunt, et irritantur.

Commentarius.

Quivis morbi quamplurimas habent suæ gradis causas, omnes fu res vulgo non naturales appellatæ. Et cum eaq plures possint excedere quovis anni tempore, morbi quoqz grari poterunt quivis quovis tempore, quamvis quidam morbi quibusdam temporibq magis fiant & irritentur. e. g. Visa est terziana hyeme ab ira, exercitaoe immodica, & cibis calidis orta, æstate tamen frequentius generatur, & genita magis provitatur et vehementior est. Verum exquisitè tertiana non nisi æstate fit Gal. n: lib. 2. de diff: feb: c3: ad gradem febris tertianæ simplicis requirit regionē calidam siccam.

APHORISMUS XX

Vere enim insania, melancholia, epilepsia, fluxiones sanguinis, anginæ, gravedines, destillatioes tusses, lepræ, impetigines, vitiligines, et pustulæ ulcerosæ plurimæ, tubercula, articulorum dolores.

Commentarius.

Quamis ver omnium anni temporum sit optimum & temperatiss plurimi tamen in eo fiunt morbi. Non quidem per se, sed quatenus vires roborat, & calor ipsius hyemi succedens, humores in ipsa hyeme, aut etiam ante ipsam congestos, agitat, & dilatat. Vis autem valida excrementa superat, & à corpore pellit: aut ubi id facere nequeat in partes ignobiles transponit: fit tamen nonnunquam ut neqz abundantiam vincere, neqz ipsam ad partes dictas transponere valeat, eam tamen diffundat & in partem aliquam præcipuam impetu pellat. Ex his patet causam n̄ rejiciendam esse ver, nam & exercitatio etsi mala quædam adferat corporibq ipsa tamen per se utilissima est. Morbi hic enumerati vere quidem fiunt sed magis tamen alijs temporibq ut patet ex sequentib. ubi repetuntur. Primus est in-

sania ut sunt animi perturbationes, deliria quæ fiunt ab humore melancholico assato, Item melancholiæ ab ipso naturali frigido, ac sicco humore fiunt, sanguinis & aliorum fæce cerebrum occupante. Epilepsia fit a pituita & aliquando a melancholia. Angina a pituita in guttur delapsa. Fluxus sanguinis vel per nares, anum, uterum manans veri proprius est, dilatato sanguine. Grauedines, rauicedines, & tusses, læsis & occupatis ab humorum copia naribus, aspera pulmonis arteria, faucib. aut thorace eueniunt veris ratione, qui tamen pernitiosi non sunt. Lepra apud Paulum l. 4. cutis aspredo est, cum pruritu, orta ab humore melancholico, altam cutim orbiculatim depascens, a qua squamulæ decidunt. Impetigo v. a tenuibus, serosis & acriorib. humoribus fit, crassioribus alijs mixtis. In hoc malo videmus scalpta cute manare ichores [redacted] albi cum pilis albis, nigri cum nigris, illi fiunt a pituitoso, hi ab humore melancholico, & latinis dicuntur vitiligines. Fiunt & pustulæ ulcerosæ cuius generis sunt variolæ, morbilli &c. Item tubercula idest parvæ inflammationes enascentiæ dictæ. Et in articulis dolores ad eosdem humore traducto: ut ad ignobiles particulas.

APHORISMUS XXI.

Æstate v. nonnulli horum, et febres continuæ et ardentes, et tertianæ plurimæ, et quartanæ, vomitiones item, alui profluuia, ophthalmiæ, aurium dolores, oris ulcerationes, genitalium putredines, et sudationes

Commentarius.

Antequam proprios morbos æstatis numeret, quosdam alios in ipsa fieri dicit ex his qui fiunt vere, ut fluxus sanguinis, furores, pustulæ ulcerosæ, æstate enim hæc mala fieri possunt ob humorum assationem, aut ob eorum efferuescentiam.

Imò principium æstatis simile veri est, ac proinde morbos veri adferet. Peculiares a morbi æstatis sunt, febres continuæ, & ardentes, & tertianæ, bile abundante ac putrefacta in vasis, aut ab eisdem extra missa. Fiunt item vomitꝰ & ventris fluxiones quas diarrhæas vocant, decumbente bile ad ventrem. Ite lippitudines quoniam humores acres mordentes oculorꝫ membranas proritant lachrymas, ubi poti pateant ut æstate. Aurium dolores, oris ulcerationes, & pudendorꝫ putredines, humore bilioso ad has partes fluente, & mordente ac putrefacto. Sudationes etiam fiunt, quæ cutis asperedines sunt, quales infantibus &c. naã mollioribꝰ fieri videmꝰ circa meridiem æstate, & parꝫ durant. Accidunt ex sanguinis ebullitione serosa parte, & acri ad poros cutis deducta, nec in sudorem manante, sed retenta ad speciem pustularum multarum, & minutissimarꝫ. Quartanæ et ustione bilis fieri possunt sed multi hanc partic: omittunt.

APHORISMUS XXII.

Autumno æstiui etiam multi morbi, & febres quartanæ et incertæ, lienis tumor, aquæ intercutem, tabes, stranguria, lienteria, dysenteria, ischias, angina, asthma, ileus, epilepsia, mania, melancholia.

Commentarius.

Autumnꝰ sua natura frigidus & siccus est, & inæqualis ex frigore & calore, quæ duo singulis diebꝰ fiunt, mane & vesperi frigus ad meridiem calor; ob frigiditatem cohibet effluxum & transpirationem humorum qui æstate aucti sunt, & quidam assati; ob inæqualitatem frigoris & caloris totam ipsam naturam languidam reddit, & partes corporis languentes arguit. Quapropter non tm̄ ut de æstate dixit morbos quosdam veris facere, ita hic autumnum quosdam æstatis sed plurimos: quoniam æstas

præter morbos veris, proprios humores ad cutem adducit. Et autumno cohibens fere omnem effluxum humorum æstate genitorum plurimos æstatis morbos adfert. Sed sunt autumno proprij quartanæ a melancholia quæ à frigore & siccitate habuit generationem, aut assatione æstatis, hæc v. autumno retinetur donec putrescat. Fiunt quoque febres incertæ & erraticæ, tum ob temporis inæqualitatem, tum ob humoris crassitiem. Lienes intumescunt delata ad ipsos melancholia, & inde consentiente jecore hydropes succedunt. Tabes quia temporis inæqualitas languori & extenuationi paratos reddit. Urinæ stillicidia expressa bile ad vesicam, aut ipsa a frigore offensa ut fit apertis poris calore, si frigus invadat. Lævitates & difficultates intestinorum expressis humoribus ad intestina, qui summam cutem eorum exulcerantes ante coctionem coguntur expelli cibos, aut eosdem ob languorem non continent venter & intestina. Si v. profundius intestina exeserint, difficultates intestinorum parient; Ischias sive coxendicum dolores fiunt sanguine crasso truso ad eos articulos, maxime pituita mixto. Sic et angina, & fauces, & asthma ad pulmonem, compresso sanguine qui æstate effervescebat, & ad cutem evellebatur, atque eo pituitoso. Ileus fit tenui intestino inflammato retentis fæcibus. Comitialis morbus etiam detegitur in his, qui eo solent alias laborare, præsertim quos melancholia facit. Maniæ item & melancholiæ ad caput transmissa melancholia calida assata & effervescente aut fæce sanguinis crassa frigida & sicca fiunt.

APHORISMUS XXIII.

Hyeme pleuritides, peripneumoniæ lethargi, gravedines, raucitates, tusses, pectoris, laterum, & lumborum dolores, cephalalgiæ, vertigines, apoplexiæ.

Commentarius.

Tandem morbos refert qui hyeme fiunt suam naturam servante. Est q. hyemis natura frigida & humida, morbos igr pariet à frigore & humiditate ortos, & partes frigidas facile lædet, & morbos ex defluxione concitabit, capite repleto. Pleuritides fiunt sanguine expresso, aut à capite defluente in membranas thoracem succingentes. Quod si in pulmonem decumbat, pulmoniam faciet; lethargum v. si in cerebro pituitosus sanguis acervetur atqz putrescat. Grauedines, raucedines, tusses ex defluxione omnes oriuntur, quas frigus cum humore facit. Dolores pectoris, laterum, & lumborum fiunt ab intemperie frigida, quam aër sive ventus causat. Caput a frigore dolet, & ab humore crasso grauatur, id vero in flatum versus & agitatus vertiginem; cerebri v. substantiam occupans apoplexiam facit.

APHORISMUS XXIV.

Secundum ætates autem hi morbi fiunt, paruis et nuper natis puerulis oris ulcera, vomitiones, tusses, vigiliæ, pauores, umbilici inflammationes, aurium humiditates. Commentarius.

In hac secunda parte sectionis morbos singulis ætatibq familiares narrat à primo ortu infantium auspicatus. Puerulis nuper natis & parvis .i. ad septimum usqz mensem, & ultra ut placet Paulo 1. c. 9. intelligitis n: tempq quoad dentes veniunt. qui aliis citiq aliis tardius pululant. His inquit aphthæ eveniunt, a lactis sci: serositate quo aluntur, concedente membrane ipsiq mollitie. Vomunt frequenter cum pp copiam nimiam quam sumunt, tum pp imbecillem retentricem. Tusses destillante à capite in thoracem humiditate multa & serosa, multa quidem à natura

serosa v. ab alimentis. Vigilant quia lac in ventriculo corrumpitur & fumi caput tentant, & eos à somno excitant; Et quia urina cutem eorum tenerrimam erodit excitantur. Umbilici fiunt inflamationes sanguine ad partem dolentem & vulneratam transmisso. Per aures humiditates purgantur quae in capite abundant: Per naã purgantur naã & sine morbo est. Epilepsiae mentionem non facit Hipp: non quod his non accidat, sed quod dentes g: fuientibus frequentius accidat.

APHORISMUS XXV.

Adventante dentitionis tempore gingivarum pruritus, febres, convulsiones, alvi profluvia, maxime cum caninos edunt, et iis praesertim qui crassissimi sunt, et qui alvo sunt dura.

Commentarius.

Iis quibus dentes pullula incipiunt a 7 & 8 mense & ultra hi morbi quidam accidunt ex defluxione, à morsu & irritatione, quam dentes cum oriuntur efficiunt. Pruriunt n: gingivae dividente ipsas dente, ex pruritu concitatur dolor, & vigilia, & fluxus humorum ad cor, & thoracem inde febres. Ad febres convulsiões, liquatis humoribus implentibus nervos, sequuntur. ad quod accedit nervorum puerorum imbecillitas. Si in cap: concitatus humor obstructionem faciat morbi comitiales fient. Venter fluit quia in ventriculum & intestina delabitur humor, irritatione gingivarum commotus. Maximè a. cum caninos dentes edunt, quia caeteris majores sunt, & gingivae interim duriores. Crassiores v. hac patiantur magis quia sunt pleniores, & magis comprimunt sanguinem unde putrescit magis ad febres grandas, & convelluntur & comitiali laborant. Excrementa dura in caput agunt & nervos implent.

APHORISMUS XXVI.

Ipsis vero grandiusculis tonsillarum inflammationes, vertebræ in occipitio, introrsum luxationes, anhelationes, calculi, lumbrici rotundi, ascarides, verrucæ pensiles, Satyriasmi, stranguriæ, strumæ, & alia tubercula, præcipue vero ante dicta.

Commentarius.

Cum v. pueri magis ætate processerunt in undecimum annũ & pubertate proximi; hic enumerati morbi eis eveniunt omnes ab humorum abundantia, & crassitudine, caloreq; eos grante. Tonsillæ græcis παρίσθμια h. e. juxta isthmum, Est. q. isthmus angustus locus inter duo maria: qua parte tũ cibos & potus deglutimus angustia est, a laterib. tũ sunt glandulæ duæ, quæ juxta isthmum sive angustiam sunt. Hæ in pueris inflammantur & tonsillæ dicuntur, alias etiam antiades; barbaris v. amigdalarum inflammationes. Luxantur etiam vertebræ in occipitio antrorsum ab inflammatione evellente vertebras ipsas ad anteriora, aliquando ẽtia, ab his anginæ fiunt compresso gutture: In pueris ab humorib. relaxantib. vertebrarũ ligamenta fiunt. præsertim ubi partes anteriores inflammant quæ easdem ad se trahant. Asthma fit opleto pulmone crassis humorib. unde celeriter ob angustiam respirare coguntur tanquam a celeri cursu. Lapides in vesica fiunt sicuti senib. in renib. quoniam puerorum humores magis fusi sunt, & à renib. in vesicam delabuntur ubi calore concrescunt. Lumbrici teretes in intestinis fiunt, & ascarides præsertim in recto, a corruptis cibis in pituitosam naturam, accedente calore vivificante. Verrucæ pensiles, sunt parvæ quædam cutis eminentiæ, callosæ, rotundæ sine dolore, angustæ basis, ita ut suspensæ videantur. Satyriasis pu-

dendi scat erectionem, & ossium capitis prominentiam, & quandoq; lepram. Hii scat tumores prominentes in glandulis qui sunt circa aures. Strumæ sunt duri tumores circa maxillas inferiores & aures; appellant et scrofulas. Stranguria ab humore vesicæ musculos relaxante, aut à lapide vesicæ, qui familiaris ipsis morbus est. Et alia tubercula græcis φύματα quæ sunt inflammationes adenarum, quæ celeriter tendunt in suppurationem.

APHORISMUS XXVII.

Grandioribus autem, et ad pubertatem accedentibus, superiorum etiam morborum multi, et febres diuturniores, et ex naribq sanguinis fluxiones.

Commentarius.

Pubescunt homines 13 & 14 anno & pubertas ad 15 extenditur. adolescentia vero a 15 in 25. ut placet Gall. cō: 9. sect: 5. inde sequitur juventus. Cum igr̄ pueri annum 14 attingant & cum eo pubertatem, quæ antecedit adolescentiā, in ipsa pubertate erunt, lapides lumbrici & tonsillarum inflammationes. Præterea tñ magis febres diuturnas habent, quia magis sanguine abundant quam pueri, etsi enim non generent plus sanguinis quam pueri, magis tamen habent, quia minus absumunt dum minq augentur. Ante hanc ætatē tamen febres fiunt magis acutæ propter corporis humiditatē & facultatis naturalis robur. Ea de cā̄ patiuntur fluxiones sanguinis ex naribq præcipue mares; nam tunc temporis puellis menses erumpunt sanguine abundante.

APHORISMUS XXVIII.

Pueris plurimi morbi judicantur, alij intra dies quadraginta, alij intra septem menses, quidam intra an:

nos septem, alij ipsis etiam ad pubertatem accedentibus. Qui vero permanserint, neque pueris circa pubertatem, neque fœminis cum menstrua erumpunt, soluti fuerint, inveterascere consueverunt.

Commentarius.

Fines morborum puerorum qui diutini sunt sive judicatione eorum perscribit dicens, eos judicari intra 40 dies, hic enim est primus terminus morborum longorum, sed sunt alij qui septem mensibus judicantur ut acuti 7 dieb. Alij sunt qui quovis anno ante cœperint ad pubertatem usque protogantur & ibidem finiuntur; viris quidem quia humidi minus sunt, & excrementa quædam in pilos absumunt, & semen mittunt, fœminis quoniam menses erumpunt. Quod si eo tempore & ætatis mutatione & 14 anno antecedente non sanantur, commoriuntur sive inveterascere consueverunt.

APHORISMUS XXIX.

Adolescentibus sanguinis expuitiones, tabes, febres acutæ, epilepsiæ, aliique morbi, sed præcipue nunc dicti.

Commentarius.

Juvenibus fiunt sanguinis spuitiones, quia sanguis is abundat in juventute, atque is biliosus, qui ad pulmonem ductus ipsum exedet, unde & tabes sequetur, qua laborare adolescentes & juvenes 5 aphor. 9. docuit, dicens, tabes maxime fiunt ætatibus a 18 in 35 annum. Febres item acutæ eis eveniunt, ob bilis redundantiam, quæ si intra venas putrescat efficiet ardentem; si extra tertianam: Utraque tamen est acuta brevitatis ratione, quamvis tertiana periculo vacet. Epilepsia per consensum à ventriculo, ob bilis abundantiam

fieri sit, sed primogenia affectione a pituitoso humore aut melancholico, cerebrum occupante, non fiet juvenibus nisi ob malam victus rationem. Et cum juvenes indistincte cibos crassos capiant, humi cubent, veneri indulgeant, soli & imbribus se exponant, quid mirus si comitiali morbo laborare.

APHORISMUS XXX.

Ultra hanc ætatem provectis, asthmata, pleuritides peripneumoniæ, lethargi, phrenitides, ardentes febres, diuturna alvi profluuia, choleræ, dysenteriæ, lyenteriæ, hæmorrhoides.

Commentarius.

Hic aphor: est de ætate quæ juventutem sequitur ea v a 35. anno in 46. prorogatur. quam consistentem appellamus item crudos senes. Hæc ætas eam ferè rationem servare videtur ad juventutem, quam autumnus ad æstatem: & quemadmodum autumnus frigore continet bilem æstate genitam ne dissolvatur, ita subsistentium ætas quæ paulo frigidior est quam juvenum, bilem in juventute genitam retinet. Bilis v. ea parte morbos facit in quam redundans transfunditur. Præterea ut autumnus morbos quosdam à melancholia facit, ita & ætas hæc hæmorrhoides, & ipsam melancholiam. Cum itaque bilis mixta cruditatibus, quas etiam congerunt ob malum victum, & quoniam non ita bene concoquunt, in pulmonem effluxerit asthma, aut peripneumoniam efficiet, si in caput lethargum, ubi bilis ipsa sincerior efficiet phrenitidem; si in membranam subcingentem costas pleuritidem; si in venis contenta putrescat febrem ardentē affert, ubi ad intestina transferatur diuturnos alvi fluores

si bilis permisceatur cruditatib; sine ipsis vero dysenterias & intestinorum abrasiones. Lienteria fit ob malum victum, non trahentib; membris tantam cibi copiam, quanta assumitur, qua ratione crudi cibi per ventrem descendent aut intestinis & ventriculo detersis a bile fiet ante temp; ciborum excretio, nimi etiam constante retentrice in eis. Cholera v. fit humore bilioso impetu delato ad partes ventris, atq; ita excreto vomitu, & ventris secessu.

APHORISMUS XXXI.

Senibus spirandi difficultates, destillationes cum tussi, stranguriæ, dysuriæ, articulorum dolores, nephritides, vertigines, apoplexiæ, malus corporis habitus, pruritus totius corporis, vigiliæ, alvi, oculorum & aurium humiditates, visus obtusior, glaucomata auditus hebetior.

Commentarius.

Senum nomen adipiscimur post annum 49. horum morbi sunt spirandi difficultates, ob frigiditatem thoracis, & ob pituitæ abundantiam, quæ destillatione a capite descendit. Abundant enim multis cruditatib; & pituita, hinc est quod quibusdam videantur esse frigidi & humidi, qui tñ natura frigidi sicci sint pp ætatem. Urinæ stillicidia ob intemperiem frigidam vesicæ; & difficultates urinæ ob copiam pituitæ urinæ transitum impediente. Articuli dolent quia naã ad eos transfundit humores crassos. Adde quod in senectute non exercentur, neq; dissolvunt excrementa quæ natura ex consuetudine a juventute mittit ad articulos. Solent enim articulorum humiditates impedire quo minus ossa attritione incalescant valde, quæ interim dum exercentur, ab-

sumuntur, quaete vero servantur. Nephritides renum mor-
bi sunt, obstructiones quidem à crassis humoribus senibus
fiunt; Lapides v. accedente calore eos assante; Vertigi-
nes a crassis humoribus agitatis, qui in cerebro generantur
aut aliunde in ipsum ascendunt. Apoplexia a crassa pitu[ita]
ita senibus accidit, cum aut supra modum augetur aut
causa aliqua dilatatur. Malus habitus refrigerato jeco-
re & crudo sanguine, aut ejus vapore cum sanguine in am-
bitum corporis delato. Totius corporis pruritus ob salsam
pituitam quae senibus est molesta, & ejus transpiratus
ob cutis siccitatem prohibetur, quae ejusdem gradus est ma-
gna causa, pituita n: cohibita putrescit, & à siccitate mem-
brorum alterata transit in salsam quae pruritum efficit. Vi-
gilant ob cerebri siccitatem, ubi humiditates via aliqua
expurgentur, aut ob curas, aut ob salsam pituitam ce-
rebri membranas mordentem. Humiditas praeterea abun-
dans si in ventrem aut oculos aut nares mittatur, easdē
partes humidas efficiet. Visus hebetudines, Graves auditus
a redundantia humorum in meatu aurium interno.

Glaucedines fiunt ob immodicam instrumen-
torum siccitatem, & quia speciem habent
suffusionis auctore Gal: in com: Glaucum
colorem inter reliqua retulit ad purita-
tem & paucitatem humoris aquei qui
in pupilla continetur. Et l. 10 de usu
part: siccitatem nimiam esse ait atque
concretionem crystallini humoris.
hoc autem fit non ab
humiditate sed sicit:

HIPPOCRATIS APHORISMORUM SECTIONIS QUARTÆ

APHORISMUS I.

Grauidas purgabis, si materia turgeat, a quarto mense usqz ad septimum; sed has minus, in recentiore vero aut maturiore gestatione, purgantia vitabis.

Commentarius.

In præsenti aphor: de prægnantibg docet, quibg earum liceat purgantia adhibere medicamenta, ac quibg temporibg: Quatuor autem partes continet præsens aphor: Prima est purgabis prægnantes à mense 4 ad 7. usqz. Secunda si humor turgeat 3. Docet minq convenire purgationes his quæ sunt ad 7. mensem. Quarta in recentiore vero aut maturiore gestatione purgantia vitabis. De singulis sigillatim. I. itaqz Hipp: purgare docet a quarto mense scilicet, non transacto & absoluto sed incipiente, usqz ad septimum incipientem. loquitur de 4 inclusive de 7 exclusive. Tres primos, & postremos tres menses prætermisit, tribg intermedijs tantum purgare licet nimirg 4. 5. & 6. Ratio hæc Gal: est in comm: quoniam purgantia medicamenta corpus turbant & agitant, eos v. motg atqz ventris compressiones non ferret fœtg primis mensibg, dum tenerrima sunt utero, eorum acetabula: neqz postremis in quibus sola grauitas fere pt eadem disrumpere, & solet abortus afferre, & septimo tentare partum solet natura, & quandoqz perficere. Adde quod fœtus exitum tentat postremis mensib. ob alimenti inopiam. II. Conditio est si materia turgeat; sed præterea nihil vetat in febribus aut alijs morbis, ubi humor coctus fuerit, eum medicamento ducere, cu

morbus minor fit: v in fine status & declinatione. Negq Hip:
qui primum statuit turgentes esse purgandos, tollit purga:
tionem coctorum non turgentium. III. Dixit sed minus has.
h. e. minq decet purgare eas quæ sunt ad septimum mensem
nempe sexto jam finiente, quam quadrimestres. Minus aute
convenit purgatio septimo mense, in quo motiones naturæ
& partes non naturales evenire solent, quam quarto in quo ni:
hil tale timetur. IV. In recentiore v. ac maturiore gestati
one purgantia vitabis, idem est ac si dixisset eas purgandas
non esse, nisi maximo urgente usu, & ipsis in summo cō:
stitutis periculo, ante & post inchoatum 4 & 7. mensem.
Tunc enim purgare utero gerentes primis aut postremis tib
mensibq meliq erit, quam auxilio destitutas relinquere; nec
intererit, ubi casus exposcat manna, an cassia fistulari, an
syrupo rosato de novem infusionib. rosarū persicarū, an rheo u
taris.

APHORISMUS II.

In purgationibus talia e corpore educenda, qualia sponte etiam prodeuntia juvant, contrario vero modo exeuntia sistenda

Commentarius.

Ars naturam imitatur, ad cujq imitationem medici invenere
medicamenta purgantia, ut instante periodo solutâ talia a cor
pore ducerent, qualia naā sponte & sine artis ope solet excer:
nere. Sed id bifariam fit, aut ubi naturæ opus, aut ubi sympto:
ma, naturâ intempestive excernente, quod gravat, mordet, aut ir:
ritat. Medicum igr̄ decet talia per medicamenta purgantiā ducere
qualiā spontè venientia utiliā sunt, taliā enim conferunt & bene
ferunt, & bene ferunt evacuationem ut lib. 1. aphor: 2. latè in cō:
ment: dictum fuit. Primum à priori docet Hip: conjicere. Secundū
æger referet. Taliā igr̄ per medicamenta purgātia ducere cōvenit

qualia natura pellente sponte sunt utilia, hæc enim conferunt & facilè ferunt, cætera non item; atq; ideo sistenda. Vacuationes humorũ coctorũ omnes admittunt; cum natura ad eam sponte ejectam bene se habeat. De vacuationibq autem crudorũ dubium est: Gal. enim lib. 1. de crisib. c. 8. inquit Sanguinis profluvium & sudores, & tumores qui juxta aures fiunt, & reliquas vacuationes symptomaticas, si in tempore fiant opportuno, possunt prodesse, intempestiva autem nihil juvant; Intempestiva autem sunt quæ sine notis coctionis eveniunt. Distinctione igr̃ opus est. Bifariam enim aliquis succus in ratione symptomatis excernitur, aut cogente natura, aut non cogente. Humores enim pravi cum cocti sunt à natura, vacuantur per se; crudi tamen antè tempq, aut mordent, aut gravant, ita ut cogant naturam eos movere ad excretionem, aut quamvis gravent in parte continentur. Quando humor irritat aut gravat naturam, ita ut ipsum agitet & expulsioni paret, opus naturæ est, quamvis non nisi irritata natura, ac perinde symptoma; quòd si inde vacuatio sequatur symptoma est, & naturæ irritatæ opus: Si vero crudi fuerint & gravantes, quos natura non movet, fieri pt̃ ut vacuentur, quoniam non retinentur, etsi natura ad hanc symptomaticam vacuationem non cogat. Quod si natura movente vacuatio sequatur, ad eam vacuationem utilitas sequi solet, & hanc irritatam licet vacuationem. Quando vero non commovetur humor à natura, sed suapte natura labitur ob retentricis imbecillitatem, aut per accidens movetur, quoniam alterum ei commixtũ tentat natura pellere utrumq;, non expedit quidpiam simile tentare, neq; enim talia vacuata juvant. Quod si priora juvat cum spontè a naã pelluntur, & agitata sunt, talia quoq; du:

cere conuenit, nam medicus habet in his quæ commota sit naturam adminiculantem. Posteriora tamen neque sponte vacuantur, neque ea mouere tentat natura; eademque natura tentante humorem aliquem vacuare, si aliquis eum sequatur cuius vacuatio noceat (quod fit cum bile vasa erodente bonus sanguis excernitur, qui alias retentus, juvat.) neque id medicus imitari debet, sed potius tales vacuationes cohibere tenetur. Præterea quæ fluunt non tamen a natura pellente, sed aut ob imbecillitatem retentricis, aut consequutione ad id quod vacuatur nemo recte dicet sponte vacuari, atque de his est ultima aphorismi pars, contrario vero modo exeuntia, sistenda.

APHORISMUS III.

Si qualia oportet purgentur, confert et facile ferunt, si contraria difficulter.

Commentarius.

Hic aphor: non eget expositione, siquidem abunde explicatus est in præced: Commentario, et in comm: 1. aphor. 1.

APHORISMUS IV.

Æstate superne potius, hyeme inferne purgare conuenit.

Commentarius.

Cum de his quæ a corpore purgari debent egisset quas partes corporis purgare conueniat per anni contraria tempora definit, æstate partes superiores, hyeme inferiores purgandas esse docet. Sunt autem superiores ventres omnes cauitates quæ supra septum transversum sunt, & renum regiones ac jecur, qua parte corpus in superiores & inferiores partes dividitur, ita ut venæ omnes & cauitates supra jecur superiores dicantur: Inferiores vero sunt jecoris partes, & venæ

ac cavitates omnes quæ infra ipsum sunt. Superiores a. æstate purgare convenit antequam in morbos incidant, p̄visionis ratione, & postquam inciderit, curationis gratia. Siquidem hæ partes sunt quæ æstate implentur bile, & aliis humoribus si qui abundaverint, temporis caliditate eos sursum levante, & ad supernas partes ducente. Hyeme vero ob frigiditatem ad inferiores partes descendunt succi, qui eo tempore abundant, eos igitur prævisionis aut curationis ratione purgabimus. Frequentius superiores partes æstate inferiores hyeme male afficiuntur, hinc est quod Hipp: dicat. æstate superne potius hyeme inferne purgare convenit. Illud a. non universaliter accipiendum est.

APHORISMUS V.

Sub cane et antè canem difficiles sunt purgationes.

Commentarius.

Purgationem non convenire sub & ante canis ortum .i. diebus canicularibus docet Hipp: dicit enim tunc eas molestas sive difficiles esse, quia tunc temporis vehementer æstuant humana corpora, cum tamen medicamenta purgantia calida admodum sint, & calorem corporis augentia. Rursus calor ambientis corpora inflammat, & in ambitum corporis ducit humores, contra medicamenti purgantis opus, quod ad intima eosdem ducit. Dissolvuntur præterea corpora tum calore aëris, tum medicamenti, ita ut mirum n̄ sit, si tunc molestæ sint purgaões.

APHORISMUS VI.

Graciles et ad vomendum faciles per superna purgare, vitando hyemem.

Commentarius.

Per graciles hic intelligit biliosos non melancholicos teste Gal: in comm: Præterea si graciles fuerint nosse oportet an facile

vomant, qui enim angusto sunt thorace & longo collo, quiq;
ad tabem parati sunt non facile vomunt, etsi sint graciles; neq;
illi qui vi morbi extenuati fuere hic intelliguntur, sed sani
& natura graciles. Hos igr. si facilè vomant supra purgabimus
nam magna vi corpora movere ad vomitum periculum est r-
uptionis venarum. Convenit autem eos supra purgare, quia
bilis sursum agitur à natura, & decet humores eo quo ver-
gunt ducere: consentit enim corporis habitus, aut consuetudo
vomendi, quæ duo vomitum facilitant; idq; facere consulit
timentes hyemem ut eam vitent autumno sanè; nam si quem
purgamus vernis mensibq;, non facimus id timentes hyemem, sed
æstatem. Timemus autem ne hyeme superveniente is qui bilē
habent abundantem, purgari non possit incrassata bile, & mi-
epta ad vomitum facta. Eodem modo conveniet hos purgare ve-
re, ne æstas superveniens eos in morbos biliosos ducat, sic
etiam æstate ubi id periculum immineat.

APHORISMUS VII.

Ægre vomentes, et modicè carnosos per infer-
na, vitando æstatem. Commentarius.

Hic docet Hipp: carnosiores, quales sunt pituitosi, si ægrè
& difficulter vomant ante æstatem probè purgandos esse de-
orsum, ne æstas superveniens & augens bilem, talem in vitæ
discrimine constituat: Siquidem bilis & æstas cum requirat
vomitionem, quam hic moleste feret, purgari debet ante æ-
statem ut hanc molestiam effugiat.

APHORISMUS VIII.

Obnoxios phthisi supra ne purgato.

Commentarius.

Hac oratione docet Hipp. tabidos non esse purgandos vomiti-
one; Nam si tabidi fuerint proprie tales qui ulcus in pul:

mone patiuntur, periclitantur ne ulcera majora multo fiant ex thoracis & pulmonis commotione vehementi: Si vero fuerint ad tabem parati quoque meminit, de morb. pop: qui humeros habent alatos, & collum longum, & thoracem angustum, notum est eos difficile vomere, & rupturæ vasorum pulmonis periculum impendere.

APHORISMUS IX.

Melancholicos infrà vehementius purgabis, eadem ratione contrariam iniens viam.

Commentarius.

Quemadmodum aphor: 4 docuit æstatis tempore cum bilis abundat ac sursum vergit, superiores ventres purgare; ità hic abundante melancholia purgat ventres inferiores, nam ut bilis superiores occupat partes, ita melancholia inferiores & ita bilis & superiorum purgatio, opponitur simili ratione melancholiæ & purgationi inferiorum; & hoc est quod intelligit cum dicit eadem ratione contrariam iniens viam.

APHORISMUS X.

Purgandum in valdè acutis si materia turgeat eadem die, differre enim in talibus malum.

Commentarius.

Morbi acuti sunt qui ante 7. diem judicantur; purganda esse materiam turgentem etiamsi cruda sit, patet ex 1 aphor 22. Hic autem eadem die idest prima die eam purgare docemur. Quid enim opus est in crastinum differre quod hodie facere convenit? Ubi v. coctio speranda non est, quoniam crudos humores turgentes purgare licet, nihil boni adferet cunctatio. Nam vires languent, febris viget, & humor præcipitabitur in partem aliq. nobilem. Eadem igr die purgandi, consentiente tn morbi vehem: semel aut bis attemuans med: ~~[illegible]~~ præassumi debet.

APHORISMUS XI.

Quibus tormina adsunt, & circa umbilicum cruciatus, et lumborum dolor, qui neq medicamento neq aliter soluatur, in siccam hydropem firmatur.

Commentarius.

Siccam hydropem futuram notis præsentibq docet consuere, ex doloribq & eorundem perseuerantia. Dolores a. sunt tormina .i. intestinorum dolores devoluti, quos στρόφους vocat: tales v. à flatu intercluso fiunt, qui per intestina devolvitur. Sic & dolores circa umbilicum ab eadem caa orti, & circa lumbos. Quod vero non curentur purgatione, neq alijs auxilijs, quibus flatus discutiuntur, vacuantur, & humores frigidi concoquuntur, (nam & hi solent dolores diu perseuerantes hac partium efficere) indicat permanentem ac factam aliquam intemperiem, quæ imbecillam reddit nativum calorem jecoris aut ventriculi. Is v. ubi non admodum à frigore vincatur flatum grat, unde & siccam hydropem futuram sperare merito docet. Sicca enim hydrops, vulgo tympania, flatum habet causam immediatam, & deinde calorem languidum, q ex humore subjecto flatum grare valet, non tn discutere. Quoties igr dolores partem mutant & devolvuntur, ita ut mo intestina, deinde lumbos occupent, & circa umbilicum vagentur, flatus est caa: quoties tamen non curantur humoris vacuatione, qui solet maam flatui præstare, neq medicamentis flatum dissolventibq i signum est causam esse factam à qua siccam hydropem futuram prædicemq. Præter hanc enim sunt tres aliæ hydropis species.

APHORISMUS XII.

Quorum alui lienteria laborant, hyeme supra purgare, malum.

Commentarius.

Lævor intestinorum multas hẽt caũs, quasdam cum mãã, quasdam sine ipsa: fit enim ob quamvis intemperiem quæ possit coquentem, aut retinentem facultatem ventris & intestinorum labefactare, ob quam alimenta cruda, aut parum cocta intempestivè excernantur deorsum. Quando ob nudam intemperiem fit, non est opus purgaõe; veluti & cum ulcerato ventre aut intestinis fiat absente caã, quæ ulcus procreavit. Humor autem faciens lienteriam est aut bilis irritans ad excretionem, aut acida pituita, aut crassa ac lenta hærens intestinis. Si bilis causa sit non est opus eam hyeme purgare per superiora; Nam etsi eum purgare cogamur, aut aliud tempus eligemus, aut hyeme purgabimus eã per inferiora, siquidem bilis quamvis tenuis & calidus humor sit, & fluitare soleat, non ita supernatabit hyeme in ventre, ob temporis frigiditatem. His adde quod bilis ipsa facile per inferiora purgatur. Gal: in com: hyeme eam purgationem per superiora fieri non debere dicit, ac si dũeret tempus ad id faciendum non esse aptum. Acida vero pituita melius per inferiora purgatur & crassa intestinis adhærens similiter. Gal: verò addit, quoniã quæ in intestinis continentur, non possunt vomitu vacuari intellige si ipsis adhæserit, alias enim vel ab ipso ano impetu assumentia sursum pelli posse docuit lib. 3. de caũs sympt:

APHORISMUS XIII.

Qui ad Elleborum non facilè supra purgantur, eorum corpora antè potionem copiosiore alimento, et quiete præhumectanda.

Commentarius.

Duo facienda sunt ijs qui elleborum bibere debent, præsertim si non facilè vomant, hæc sunt; multo cibo uti, & quiescere, ac si dixisset, Corpora purganda vomitu perhumectanda Cibus enim per se humectat, dum sanguinem auget, & bilis

acrimoniam ac siccitatem mitigat. Quies v. ex accidenti humectat: quoniam non dissolvit, ubi exercitatio. Hoc idem docuerat 2. aphor 6. dicens corpora cumquis purgare voluerit oportet fluida facere; quod fit humectando ea. Hoc autem ad omnem purgationem est necessarium; maxime v. ad vomitionem & ellebori usum, qui acrimonia sua nervos & partes sensu praeditas valide mordet, & ad convulsiones siccando, & mordendo praecipue ventriculi os, ducit.

APHORISMUS XIV.

Poto elleboro, corpus mouendum potius, quam somno tradendum aut quieti. Indicat autem navigatio motione turbari corpora.

Commentarius.

Postquam docuit quid ante ellebori potum sit agendũ, quid etiam post faciendum sit hoc aphor: declarat. nempe hausto elleboro corpora magis ad motionem, minus ad somnum & quietem convertere, idq; argumento a navigatione sumpto, nam navigantes commotione corporum ad vomitum coguntur. Sic etiam cum animq sit vomendi per elleborum bibitum, magis motu quam somno & quiete utemur. Aphor: docet motum convenire a medicamenti purgantis potu (quod enim de elleboro dixit de qui purgante medicto intelligi debet). Somnq enim omnes validas vacuationes cohibet, praeter sudorem & sanguinis fluxiones, quae per nares, uterum, & haemorrhoides, atq; venae cuiusvis scissionem fiunt. Praeterea somnus debilitat vires medicamenti humectatione; tum etiam somnq levia medicamenta dissolvit, & natura inter dormiendum eadem coquit, & valida dissolvit, & vires eorum frangit; Quare dormire non convenit sumpto medicamento purgante; praeterquam si in fra pilulari sumatur, docente experimento quotidiano, probe admodum pilulas

suum munus perficere si a cœna, finita cibi coctione & descensu sumantur, deinde somnus sequatur dum tamen incipiente purgatione a somno abstineant. Quod si medicamentū vomitum mouere debeat, adhuc magis vigilia est opus, quoniā major agitatio corporis ad vomitum quam ad ventris fluxum ē necessaria. Magis autem movere corpora dixit quoniam non semper mouenda sunt, nam languentia quieta seruamꝰ, & dū vomitum medicamenti timemꝰ. Ad somnum quoqꝫ minus ducimꝰ, nam aliquando ducimꝰ, & dormire languidos admodū præcipimꝰ, ut medicamenta in actum ducant, & ad purgationem ferendam roborentur.

APHORISMUS XV.

Cum elleborum magis ducere volueris, moue corpus; cum verò sistere, somnum concilia nec moue.

Commentarius.

Hic primo docet quod & aphor: præcedenti nempe corporis motu ad purgandum conuenire de quo vide aph: 14. Deinde addit cum v. sistere somnum concilia nec move. Ubi enim purgatio abundē processit, non opus est uti purgatione, ita nec motu ad purgationem instituto. Opponimꝰ autem quiete motui, & multo magis somnum. Per quem non tm̄ non commouentur corpus & humores, verum etiam ipsa animalis facultas otiatur, quæ in ventris purgationibꝰ operari debet. Cohibet ita supra dictas vacuationes. Solet autem somnꝰ sponte succedere à purgaōe, qui caā & signi boni rationem ht̄. Causæ quia retinet vacuationem ne plus justo procedat, & significat ipsam integram atqꝫ perfectam esse.

APHORISMUS XVI.

Elleborus sanas carnes habentibus, periculosus: conuulsionem enim facit.

Commentarius.

Aphor: 36. & 37. sect: 4. damnavit Hipp: purgaões sanis corporibq adhibitas, hic v. speciatim eas quæ per helleborum fiunt periculosas esse dicit ijs qui sanas carnes habent: quoniam purgationes convulsionem adferunt, tum quia cum helleborus pravos succos non invenit, trahit bonos, & colliquat corpq, & dissolvit humores bonos, spiritum & carnem, tum etiam quia calore & acrimonia nervos mordet, præsertim oris ventriculi, atqq convulsiones excitantur partim examitione, partim per consensum. Sed tales potius motus convulsivi quam veræ convulsiones sunt.

APHORISMUS XVII.

Non febricitanti cibi fastidium, cordis morsus, vertigo tenebricosa, et oris amaritudo, purgatione per superna opus esse significat.

Commentarius.

Notas plures scribit quæ cogunt ad supernas purgaões omnes a. sciant bilem in ore ventriculi abundare. Non febricitanti, inquit, cibi fastidium, nam solent febricitantes cibum fastidire ob vasorum plenitudinem, cacochymiam & putredinem, ob quæ membra nihil sugunt a ventriculo etiamsi humor ad eum non repat. Sine febre v. ipsum ad ventriculum impetum facere scit. Bilis v. tum calore tum malitia appetitum dejicit. Calor n: appetitum dejicit uti frigq auget teste Gal: lib. 1 de caus. Symp: 4. Cum autem humores purgandi sint quo maxime vergunt prædicti purgatione per superiora egebunt: 4. Cordis morsu ventriculi mordicationes intelligi probat Gal: 4. de plac: Hipp: & Plat: Cum igr acres succi ad os ventriculi confluunt purgationes

per superiora conveniet. Vertigo quoque tenebricosa indicat bilem ab ore ventriculi mittere vapores in caput, qui in girum moti vertiginem faciunt & in oculis tenebras. Oris amaritudo manifeste bilem indicat in ore ventriculi, quæ ad os usque fumos mittens, & per communem membranam amaritudinem traducit ori. Benè autem colliges si hæc aut omnia, aut plura ex ijs adsunt, corpus vomitione egere.

APHORISMUS XVIII

Supra septum transversum dolores, quicunque egent purgatione, per superna purgandum esse significant; qui vero infra sunt per inferna.

Commentarius.

Grati præcepto docet purgare per superiora humores qui dolores faciunt supra septum transversum, & purgare per inferiora eos qui dolores afferunt infra ipsum. Dolores enim qui ab humoribus acrioribus & biliosis oriuntur, & occupant os ventriculi & partes thoracis sollicitant, nondum parte quapiam firmati, sed ab humoribus turgentibus orti vomitione curantur. Neque noxa inde sequetur parti alicui, siquidem purgantia medicamenta ad ventrem ex partibus thoracis ducent humores quos vomitu pellet æger. Si tamen ad caput ascendant melius est eos quomodolibet ventris fluxu vacuare, neque enim per partes supra septum transversum intexit caput & collum sed eas tantum partes quæ sunt in thorace. Nullus enim laborante capite aut collo vomitum movit, quoniam is caput maximè lædit.

APHORISMUS XIX.

Qui dum pharmacis purgantur non sitiunt, purgationis finem non attingunt priusquam sitiverint.

Commentarius.

Ad partem artis diagnosticam hic aph: pertinet. Si enim hausto purganti medicamento, dum purgatur homo, nondum sitit, nondum est abunde purgatus, non enim quiescit donec sitiat. Hipp: hic non probat ex siti purgationis integritatem, sed ex sitis defectu imperfectam purgationem. Quod hac ratione verum est & perpetuum, quod humore purgato, quamvis frigidus sit, jam nonnihil de nativa ventriculi humiditate absumitur, & medicamentum sua acredine mordet ventris os, unde sitis accedit. Recte igitur dixit non cessant donec sitiant, medicamentum enim in debita quantitate assumptum, quodque purgare sua vi abunde solet, tam diu aget donec sitim afferat. Atque hinc patet quando purgatis cibum tuto suppeditare possimus; non quidem ante absolutam operationem purgationis, atque huius finis cognoscetur ex superveniente siti.

APHORISMUS XX.

Non febricitantibus si tormina adsint, et genuum gravitas, et lumborum dolor, inferna purgatione opus esse significant.

Commentarius.

Aphor. 17. signa scripsit quibus praesentibus convenit non febricitantes superne purgare, hic vero ea signa scribit quibus praesentibus conveniet eosdem inferne purgare. Sunt autem tormina i. dolores torquentes qui intestina vexant & per eadem devolvuntur. Genuum gravitas, quae scat humores crassos abundare, qui ad genua descendunt. Lumbi

quoque dolor gravans ab humoribus crassis. Hos autem eo ducere convenit quo vergunt per loca conferentia, vergunt autem ad inferiora.

APHORISMUS XXI.

Dejectiones nigræ sanguini atro similes sponte euntes, sive cum febre, sive citra febrem, pessimæ; & quanto ipsarum colores deteriores fuerint plures, eo pejus. à medicamento autem talia educi, melius, idque quanto ipsarum plures fuerint colores.

Commentarius.

De nigris dejectionibus, sponte venientibus, & de his quæ medicamento ducuntur, quædam hic habentur, quæ facile constabunt ubi prius intellexerimus trifariam nigra dejici. Aut enim dejicitur sanguis ipse qui e ~~venis~~ jecore per meseraicas effunditur in intestina, & ibidem concrescit & denigratur. Aut dejicitur sanguinis fæx, quæ in sanguinis grave subsidet, cujus magna pars ad lienem defertur, cum sanguine ad ipsius alitionem, soletque is succus niger retentus putrescere, & in atram bilem exquisitè transire. Verum non ex hoc tantum succo nigro, bilis exquisite atra gratur, sed ex putredine sanguinis aut bilis atque est hæc deterrima. Agnoscatur tamen hæc bilis atræ species ex eo quod non concrescit, splendet, saporem & odorem aceti refert, terram fermentat, & bruta eam olfacere non audent; seu si olfaciant minimè tamen gustabunt. De hac tertia atræ dejectionis specie est præsens aphor: Cum a sponte evenire, & vi medicamenti purgantis educi possit; primo de sponte venientibus agit, dicens, sive cum, sive citra febrem sint pessimas.

veniunt n: languente jecore, ac toto ferè morbo, aut magna morbi parte principio videlicet & augmento, in quib. temporibg coctionis notæ nondum adsunt: si enim notis coctionis apparentib. sive in ipso morbi vigore evenissent nihil mali ostendissent: (Et hanc pluralitatem temporum innuit vox in plurali euntes) sed malorum succorum evacuationem decretoriam. sine his tamen notis languorem facultatis scant, ac proinde erunt pessimæ sive cum febre sive sine febre fiant. Verum quanto colores deteriores plures fuerint, tanto majus malum erit. quia tunc cum plurimis est pugnandum. Cum medicamento v. inquit melig. siquidem cum vi medicamenti pravi succi ducuntur, indicant naturam probè purgari, & eam esse vim medicamenti quæ sanguinis fæcem expurget. Melig igr est fæcem sanguinis vi medicamenti educi, quam sponte ob languorem educi. & quanto fuerint plures, melius; quia hoc nihil aliud scat quam medicamenti vim quæ valeat plures humores vacuare.

APHORISMUS XXII.

Morbis quibuslibet incipientibg, si atra bilis = supra infrave exierit, lethale.

Commentarius.

Malum est quemvis humorem dejici morbi initio idest ante coctionem, rade signi; Indicat enim causam valde mordere aut grauare, aut facultatem omnino languere. In via & rade caæ n semp. malum est sed aliquando juvat. Ubi autem humor pravus excernitur, & in pprio, lethalis est dispositio, quoniam præter cruditatem perniciem ostendit. Talis est atra bilis in principio morbi sursum aut deorsum excreta, quæ magnam scat ustionem sanguinis, aut bilis flavæ, aut atra

quæ fæx sanguinis est, & coctricis facultatis languorem, q.
si bilis hæc quantumvis perniciosa, notis coctionis apparen-
tibus excerneretur, bonum esset; ut n: Hipp. inquit. Excre-
ationes liuidæ, cruentæ, fœtidæ & biliosæ, si bene exeunt
bonæ sunt.

APHORISMUS XXIII.

Quibus per morbos acutos, aut diuturnos, aut vul-
nera, aut alium modum extenuatis, atra bilis, aut
velut sanguis niger subierit, postridie moriuntur.

Commentarius.

Hic loquitur de nigris dejectionibus a fæce sanguinis &
a sanguine concreto, & dicit eas esse lethales si eveniat
extenuatis ex morbis acutis, aut longis aut ex vulnerib.
Significat n: imbecillitatem facultatem ægri, quæ neque-
at humores superare. Cum autem languente facultate tales
dejectiones fiant sive sursum sive deorsum, non modo mor-
tem, sed etiam brevi futuram signum est.

APHORISMUS XXIV.

Dysenteria si ab atra bile incipiat, exitiosa.

Commentarius.

Proprie dicta dysenteria est quæ fit cum ulcere ~~pulmonis~~
intestinorum; hæc fit humore acri, qualis est bilis aut pitu-
ita salsa descendente per intestina ac primum detergente, ~~et~~
abradente & ulcerante, inde quoque manante sanguine. Si a
flava bile morbus fit, mala est dysenteria: si a salsa pitu-
ita pejor, si ab atra bile exquisita, pessima, & quæ autore
Gal. aut difficile aut omnino impossibile curatur, veluti & alij
exulcerati cancri, præsertim quoniam medta non facile admoventur
parti, & fex perpetuo descendens exasperat intestina.

APHORISMUS XXV.

Sanguinem superne quidem egredi, qualiscunque sit, malum; inferne verò niger si dejiciatur, bonum.

Commentarius.

Sanguis aut superiꝰ excernitur ex vomitu, nam sanguis ex naribꝰ aliquando fluere bonum; aut inferiꝰ, atque id sensim ita ut in via concrescat. Primum malum est, cuiusvis coloris aut naturæ fuerit sanguis; cum enim per os ejicitur sive ex pulmone spumosus, sive ex thorace concretus, sive ex ventriculo, malum est. Cum v. deorsum mittitur non quidem subitò, ita ut facultatem pessundet, sed sensim bonum erit. Nigra autem dejiciuntur cum sanguis sensim manat, ita ut antequam sanguis excernatur concrescat atque denigretur. Erit autem bonum quoniam erit minus malum, quam si per os excernatur. Minus malum enim est sanguinem abundantem ex venis in ventrem effundi & inde excerni quam pulmonem lædi, aut thoracem, aut in ventriculo coagulari & cibos corrumpere. Hic nomine nigri sanguinis intelligit concretum, non melancholicum cuius dejectionem pessimam esse dixerat aphor. 21. si sponte evenerit. Gal. hic per infernam dejectionem vult intelligi eam quæ fit per hæmorrhoidas quæ revera bona est.

APHORISMUS XXVI.

Si dysenteria detento veluti carunculæ dejiciantur, mortiferum.

Commentarius.

In difficultatibꝰ intestinorum primum pituita detergitur, deinde pinguedo excernitur, deinde summa cuticula interna abraditur & postremo substantia intestini crassa dejicitur. Hæc sanè carni similis est quam difficultatem intestinorum curare est funditus impossibile, quoniam non reficitur solidorum pars amissa, minimè v. intestinorum quibꝰ paucus est sanguis, paucusque calor nativꝰ, & fæcuum perpetuus transitꝰ ita ut cicatricem obducere nequeat.

APHORISMUS XXVII.

Quibus per febres sanguinis undecunque eruperit copia, conualescentibus ventres humectantur.

Commentarius.

In febribus solent sanguinis fluxiones aut judicatoriæ aut secus evenire, & si eveniant ventres convalescentibus humectantur, quoniam post magnas sanguinis vacuationes languet nativus calor, in refectionibus dum novum alimentum sumitur cruditates fiunt, nequeunte calore cibos superare, neque coctos succos digerere in habitum corporis, ac proinde plurimum & crudum atque humidum per intestina delabitur & ventres deorsum humescunt. Hoc passis insignes sanguinis vacuationes accidit, non nisi alijs. Quod etiam dixit undecunque eruperit notissimum est, nam & per hæmorrhoidas, & per uterum, & per sedem, aut per nares in febribus sæpius eveniens, ubi modum excesserit imbecillitatem adfert, quam sequitur ventrum humectatio. Apparet quoque tunc urina & aquosa.

APHORISMUS XXVIII.

Quibus dejectiones sunt biliosæ, superveniente surditate cessant & quibus surditas adest biliosorum dejectione finitur.

Commentarius.

Quoties humor morbum aliquem efficiens in partem aliam transfunditur, sive intra corpus sive extra ipsum, pars laborans a morbo fiente qui ad humore pendebat liberatur. Maxime vero id fit ubi per distantissimas partes vacuatio fit, quam revulsionem in contrarium factam dicimus. Hoc accidit cum humor biliosus surditatem efficiens per intestina vacuatur, fiuntque biliosæ dejectiones. Quod si biliosæ dejectiones præcedunt

surditate veniente cessant, rursus ad superiora converso humore, qui per ventrem vacuabatur; Hoc de pituita dici nequit, siquidem ea ob crassitudinem non facilè sursum ac deorsum agitur. Tota aphorismi summa est de ijs quæ plerumque eveniunt, fieri n: pt ut quis adeo bile abundet ut possit simul & per ventrem descendere & caput occupare ac surditatem efficere; sic in phrenitide semel atque iterum purgata bile phrenitis tamen ægrum non deserit. Docet itaque Hipp: humores caput infestantes ventris purgaoe ducere deorsum, & humores deorsum facientes impetum, ad superna revocare veluti vomitu.

APHORISMUS XXIX.

Quibus in febribus sexto die rigores fiunt, crisim habent difficilem.

Commentarius.

Legimus 3 progn: 22. Quibus febres desinunt neque cum signis solutionis, neque in diebus decretorijs, recidivam in eis exspectare oportet. Idem dixit Hipp: hoc aphorismo; Nam difficilè judicari idé malè judicari. Mala a. judicia sunt cum pravis accidentibus, & ad malum nempe mortem, aut deteriorem statum, aut cum periculo recidivæ. Talia eveniunt ijs qui judicantur non cum signis coctionis, aut non in die decretorio. Sine notis coctionis nullus morbus probè judicatur, quoniam coctio excretionem præcedere debet, tum ad citam judicationem, tum ad securitatem. Dicente Hipp: l. 1 de morbis pop: Coctiones crisis celeritatem & securam sanitatem ostendunt. Præsens aphor: unam tm prognostici partem continet, quæ ad diem decretorium spectat, ac docet sexta die malas fieri judicaoes; Quod enim de rigore dixit, de judicatioe intelligi voluit. Nam solent rigores judicationes ipsas antecedere, quoniam rigor est inæqualis totius corporis conquassatio. Hanc

v. concussionem sequuntur vacuationes & judicia, nunquam tn ad bonum in sexta die. Sextus namque tyranno confertur, uti & septimus regi. Rex n: aut supplicij partem adimit, aut totu, Tyrannus v. de pernicie [redacted]gaudet, de salute dolet, & quærit ubi animum expleat, & ægrum male tractet, aut longa punitione exerceat. Talis est sexti diei natura, qui aut ægrum judicat ad mortem, aut cum pravis accidentibus, & deinde cum periculo recidivæ. In febribus itaque præsertim continuis, aut quæ n sunt quotidianas accessiones, rigores in sexta die facti mali sunt & qui difficiles afferant judicationes, hoc est ad mortem aut cum pravis accidentibus parum tutas, & quæ redire solent.

APHORISMUS XXX.

Quibus accessiones fiunt, si febris eadem hora postero die repetat, quacunque hora dimiserit crisim habet difficilem.

Commentarius.

Verus sensus huius aphorismi est de horis invasionum accessionum, de quibus inquit. Si febris repetat eadem horâ sequenti die qua hodie invasit, & tertia die eadem horâ qua secunda, & quarta die, eadem quâ tertia, & secundâ & prima, difficile judicabitur, idest prorogabitur morbus. Longus etenim futurus est morbus, qui causam sit firmam & immutatam, & permanentem, talis est febris quæ eisdem repetit horis. Neque licet statim morbi longitudinem prædicere, ubi semel, aut bis, eum ordinem invadendi servet febris, sed ubi sæpius eveniat, febre quotidiè, aut per tertium, aut per quartum repetente.

APHORISMUS XXXI.

Qui per febres lassitudinem sentiunt, ijs ad articulos et juxta maxillas potissimum abscessus fiunt.

Commentarius.

Lassitudines quædam sunt spontaneæ, aliæ sequuntur exercitationes. Ubi v. quispiam febricitauerit cum lassitudine, qualiscunque ipsa fuerit, abscessus solent sperari, atque tales febres finire. Si enim lassitudo validas sequatur exercitationes sperandum est naturam transmissuram abundantiam ad articulos, qui ab initio ob exercitationem incaluerunt, unde et initium morbus habuit. Nam articuli incalescentes in exercitatione, calorem musculis immittunt, & inde toti corpori: calor v. in articulis manens abundantiam ad se trahet, siquidem calor est tractionis initium. Quod si lassitudo sponte euenerit abundantiam mittet naa in articulos inferiores si febris longa fuerit, quia crassi humores ad inferiores articulos mittuntur: si v. tenues fuerint ad caput ascendentes juxta maxillas & post aures & in mento fient.

APHORISMUS XXXII

Quibus ex morbo conualescentibus, pars aliqua laborat, ibi abscessus fiunt.

Commentarius.

Præcedenti aphoris: docuit qua parte febricitantibus abscessus accidat, hic vero ubi convalescentibus exspectandus sit. Si enim pars quæpiam doluerit, aut ægrotauerit, aut languida fuerit, ibi abscessus speratur. Causa est nota. Si enim is qui convalescit, nondum sanus omnino est, propterea conjicere debes an aliqua ratione abscessus sit sperandus; quod si fuerit, tunc prædices eum futurum in dolentem partem, quia dolor advocat fluxionem. Si v. non doleat sed ægrotet quovis morbo, aut languida sit, ibidem fiet abscessus, quoniam præcipuæ partes mittunt secundum naturam excrementa in ignobiles, & validæ ad imbecillas. Præsagia autem futurorum

abscessuum ex Hipp. accipies in prognost. & ex imperfecta convalescentia, & ex notis reliquiarum morbi, præsagia v. partis in quam futuræ sunt ex aphorismis præcedentib.

APHORISMUS XXXIII.

Sed si qua ante morbum pars laborauerit, ibi morbi sedes.

Commentarius.

Continuata oratione hunc scribit aphor: Nimirum de abscessibus sperandis, docuit enim aph: 31. in ægrotantibus cum lassitudine affectus esse sperandos, & in quem locum, in 32. de conualescentibus dixit, abscessus esse sperandos in partem dolentem, si quæ doluerit aut laboraverit. Hic v. de his qui nondum ægrotantes dolent, aut partis lassitudinem patiuntur. Cum enim ægrotauerint in parte quæ prædita fuit dolore erit abscessus sperandus pp causas dictas. Quamvis an sit futurus abscessus nec ne adhuc indistinctum maneat. Nam si aliqua via humor qui abscessum committere debet, purgetur, liberabitur æger ab abscessu, ubi infra aphor: cum inquit Quib. speratur abscessum ad articulos futurum, liberat ab abscessu urina multa crassa & alba facta, qualis in febrib. cum lassitudine quarto die quibusdam fieri incipit. Quod si è naribus sanguis effluxerit valde celeriter liberatur. Præterea 2. prognost: 65. inquit, Considerate autem oportet talia hoc modo. Si febris detinet, & dolor non cessauerit, & sputum non excernatur secundum rationem, neque biliosæ sint alvi dejectiones, neque dissolutæ atque syncerae, neque urina valde multa & crassa, & plurimum continens sedimentum, parata autem salubris ab omnibus alijs salutiferis signis; In his oportet huiusmodi abscessus futuros sperare; Hæc est integra Hipp: definitio futurorum abscessuum.

APHORISMUS XXXIV.

Si febre detento suffocatio derepente supervenerit lethale est, nullo apparente tumore in faucibus.

Commentarius.

Suffocatio febricitantib. vel leviter periculosa est, quia cum majori respiratione quam naturalis sit egeant, nec naturalem efficere valeant, nedum majorem quoniam strangulantur, inde calor defectu aeris refrigerio sufficienti in corde augetur, unde mors. Tumore nullo apparente in faucibq dixit, per fauces intelligens eam partem, quæ aperto ore se ostendit, interjacens gutturi & gulæ, ita ut aperto ore nihil tumescere videatur. Et hanc anginam lethalem esse ex 3 prog: 16. manifestè patet.

APHORISMUS XXXV.

Si febre detento repente collum intorqueatur, et vix deglutire queat, nullo existente tumore, mortiferum.

Commentarius.

Hic agitur de illa anginæ spẽ quæ ex vertebrarum cervicis luxatione oritur. Luxatur autem secunda frequentiq ob inflammationem musculorum qui sunt ad fauces & guttur, qui ad se trahunt & convellunt vertebram, quo fiet ut deglutire non possint aut difficile. Quod si unà omnes ipsam convellãt ad anteriora ducetur, & postrema pars cum dolore cava manebit. Si v. vehementiq musculi uniq lateris convelluntur, in id latq inclinabit vertebra, fietqz difficultas deglutiendi, & aliquando per nares rejicient potum. Si igr̃ febre detento collum repente pervertatur modo dicto, & vix deglutire queat, nullo exi-

stente .i. apparente tumore, cum sci: in gutture latet, le-
thale

APHORISMUS XXXVI.

Sudores febricitantibus boni, qui manare cœperint die tertio, quinto, septimo, nono, undecimo, decimo quarto, decimo septimo, vicesimo primo, vicesimo septimo, tricesimo primo et tricesimo quarto: ij enim sudores morbos judicant. Qui secus evenerint, laborem & morbi longitudinem, aut ejusdem reditum significant.

Commentarius.

Quantam vim habeant dies decretorij in decernendis morbis, præsertim acutis docuit Gal: l. 1. de diebq decretorijs, nam in ipsis morbi acuti judicantur sæpè & tuto, & sine periculo reditq, atqq hoc ultimum quam maximè debetur diei naẽ; Liberant præterea à morbis prædicti dies manifestis factis vacuationibq, aut effatu dignis abscessibus, quæ cẽs judicationes appellantur. Excretiones autem sunt fluxq ventris, vomitus, urina, sanguis ab utero manans, aut nares aut etiam ab ani venis, & sudor. Is v. excrementa serosa quæ in venis, arterijs & carne ipsa continentur vacuat, ducitur quoqq cum ipso nonnihil humoris vitiosi, aut abundantis per morbos, ita ut ostendat cuiq naturæ sit, quod in vasis continetur. Quod docent color & odor sudoris, atqq sapor, indicantqq non parum sudores qualitate atqq substã In hoc aphor: de sudorib. loquitur qui febricitantib. accidũt præsertim per acutas febres, quoniam febres sunt in quibus judicationes per sudorem speramq. Sunt enim morbi qui occupant venas & arterias à quibus sudores manant. At v. in

morbis qui acuti non sunt judicia rarò sperantur. Laudauit ea ratione sudores qui fiunt in diebg usqz ad trigesimum quartum, siquidem deinceps pauci judicantur, & minus per sudorem, tum quod morbi longi sunt, tum quod à crassis pendent humoribus Quia longi raro judicantur, quia crassi humores eos efficiunt, non habente sudore peculiarem vacuationem. Praeterea nosse oportet acuratos morbos habere per dies impares vehementiores accessiones, & eo magis quo fuerint acutiores. & judicationes semper fieri in diebg accessionum, in quibg sunt humorum motus, tunc enim facilig excernuntur cum commoti jam sunt. Hippo: sanè hic quamvis ex multis alijs posset docere sudorum bonitatem quod 1 prog: 22. fecit, ex sola dierum judicantium natura id considerare instituit, dicens. Sudores febricitantibg boni qui manare caeperint tertio die & quinto, In his enim quamplurimi acutissimi morbi judicantur sudore. Non meminit tamen quarti, quoniam tertius arripit quarti judicationem in morbis adeo acutis, quiqz habent per impares motg aut differtur judicatio in quintum eadem de caa. Deinde meminit septimi. 11. 14. 17. 21. Quadragesimi non meminit quoniam per sudorem raro indicantur morbi die 40. paulo frequentig 27. 31. & 34. Hos sudores bonos esse dixit, non quod boni sint omnes qui in his diebg eueniunt, siquidem malos plures videmg in istis diebus factos. Sed voluit ex diei natura eos esse bonos, si alijs rationibg boni fuerint. Nam praeter coctionem quae omnem bonā judicationem praecedere debet, ab effectu alia considerare docet, n tantum diem, cum optimum sudorem ac deinde bonum definivit Hipp: in prognost: dicens sudores optimi quidem sunt, in omnibg acutis morbis, quicunqz in diebg decretorijs fiunt, & integrè febre sedant, boni verò quicunqz ex toto corpore procedentes fecere, ut homo facilig morbum ferret. De bono igr loquutg, ubi & in aphor: praesenti, ex toto corpore prodire debere dicit, ac facere ut aeger —

facilius morbum ferat. Quare & hæc ad bonum sudorem quamvis optimus non sit nota sunt. Si vero sudores tales non sint, laborem significant aut morbi longitudinem, aut recidivam. Ea autem est causa, ob quam in diebus accessionum fiunt bonæ judicationes, de quibus sunt sudores, quoniam judicationes bonæ fiunt motis humoribus, moventur tamen in diebus accessionum, & humores moti facilius excernuntur. Quod si in alijs diebus natura tentasset judicationem facere, qui non forent de his quæ recensentur ab Hipp: & qui judiciarij non sunt, labores fierent h.e. cum læsione & pravis accidentibus fiet judicium; quatenus quieti humores cum labore agitantur, & vacuantur; & vacuationes quæ in alijs diebus fiunt, causam præter naturam, ut multitudinem aut acrimoniam habent commoventem, significant etiam longitudinem, ubi a multitudine humoris judicatio concitetur, & ante coctionem, aut tempus à natura destinatum. Aut etiam recidivam significabit, non enim alia ratione fidæ sunt judicationes, hoc est quæ nunquam redeunt, nisi quoniam in diebus decretorijs fiunt, aut dies ipsa hoc unum ostendit.

APHORISMUS XXXVII.

Frigidi sudores cum febre quidem acuta, mortem, cum mitiore vero morbi longitudinem significat.

Commentarius.

Frigidum sudorem duas habere significationes scribit, mortem & morbi longitudinem; Nam aut febris cui supervenit acuta est, aut mitior; si acuta mortem significat; si mitior, morbi longitudinem, causam Gal: dat in com: Humores enim putrescere possunt & vehementem calorem præter naturam concipere, calore nativo languente in solidis ipsis particulis. Nihil enim prohibet

calidissimis existentibus humoribus in vasis, nativum calore remissum esse, & à vasis manantem sudorem in cute refrigerari ac manare frigidum. Inde fiet ut cum acuta febre adeo languente calore nativo sit speranda mors; cum mitiori v. febre non item, sed longitudo speratur, quoniam mitior febris non ita calefacit humores, ut necessum sit nativum calorem valde languere, quando frigidi sudores manant ab ambitu corporis. Crassi enim & frigidi succi qui mitem febrē facere solent, difficile coquuntur, & longos morbos faciunt, sed solent quandoque ad bonum pervenire finem. Praeterea frigidus sudor cum acuta febre signum est mortis, quoniam adeo brevi non poterunt frigidi ac multi humores superati. Causa item mala est, febris acuta, quae ante id hominem interimet, praesertim languente calore nativo. Cum miti tn̄ febre natura longo tempore valebit coquere crassos succos.

APHORISMUS XXXVIII.

Qua corporis parte sudor ibi morbus.

Commentarius.

Si sudor ex tota corpore manat morbum totius corporis scat, & si ex parte ejusdem corporis scat morbum. Nam caā morbifica morbum facit, humor a. de causis morborum est, ubi igr abundaverit, ibi morbum faciet. Neque tn̄ voluit Hipp. ex sudore probare morbum, sed si morbus adest, velitque medicus laborantem partem invenire ex sudore docet, quaenam sit. Fieri namque pt ut sudet aut pars aut totum corpus sine morbo, ubi sudor fuerit rarus non frequens, aut fuerit adeo magnus ut morbum finiat. Aegrotante itaque corpore si sudor eveniat per totum corpus, morbus est totius. Si v. aliqua parte sudaverit, ejus partis erit morbus.

APHORISMUS XXXIX.

Et qua parte corporis inest calor aut frigus ibi morbus.

Commentarius.

Præcedens aphor: scriptus est de actionibq quas ostendunt excrementa, naturales utiqz actiones ostendit sudor; præsens est de ijs quæ sunt substantialiter morbus. Sequens autem de corporis affectibq; de quibq sunt colores corporis. In præsenti itaqz ex calore partis aut frigoris docet agnoscere quæ pars ægrotet, & qua parte morbus sit. Quod verum est ubi ita modum excedant ut actiões vitient. In caloris namqz frigoris, humiditatis & siccitatis moderamento sita est substantialiter sanitas, uti in ametria & recessu à debito modo consistit morbq. Tactq autem hæc dignoscit: si tangi possunt: sin minq ex multis alijs cognitio fiet.

APHORISMUS XL.

Et quando toto corpore mutationes accidunt, ut si corpus refrigeretur, et vicissim calefiat, vel color alius ex alio oriatur, longitudinem morbi significant.

Commentarius.

Ex mutationibq à contrario in contrarium, aut ex uno in aliud diversæ naæ, docet hic prædicere morbum futurq longum, veluti si in calore & frigore totum corpus mutationem accipiat, & nunc incalescat ac deinde refrigeretur, aut contra, morbq significatur longus. Rursus ex colorum mutationib. ita ut modo albus, deinde rubeus aut lividus calor in cute emergat, ex talibq corporis affectibq morbi longitudo sciatur, si morbus salubris futurq est, nam plures colores & mutationes qualitatum, sequuntur cāāq multitudinem, quibq variatis, variantur prædictæ qualitates. Nā occurrente calida cāā incalescit corpq, & occurrente & commota frigida, corpus infrigidatur. Tum etiam bile ad cutim commota

pallidum redditur corpus; transfusa ad eas partes pituita redditur subalbidum, & rubrum sanguine moto, liuidum tra- misso sanguine melancholico aut refrigerato. Quare si color alter ex altero fiat multæ causæ significantur hæ v. difficile ad perfectionem ducuntur, & tempore est opus, si homo saluari debet, quod faciet valida existente facultate naturali, hac v. languente breuis erit morbus & lethalis.

APHORISMUS XLI.

Sudor multus per somnum factus, absq; causa manifesta, copiosiore cibo corpus uti significat: si verò cibum non sumenti hoc accidat vacuatiōe indigere sciendum est.

Commentarius.

Sudoris causæ plurimæ ad tres reduci possunt, quales sunt in omnibq vacuationib. facultas, instrumentum, & objectum. Facultas naturalis quæ in hac actione locum habet est reti- nens & expellens. Sudant enim aut quia retinens languet, aut quia expellens irritata excernit. Ex instrumentis sunt venæ, at- teriæ, & membrorū pori, quorū laxitas ad sudorem multū facit. Ex obiecto constat humoris naturam & copiam, sudoris quantitate non parum variare, Nam tenuis succq facile, crassus difficile per meatus discurrit; Acrimonia irritat ad expulsionem, copia grauat facultatem retentricem. Hæ oēs causæ sunt internæ, & ab externis minui & augeri possunt. De sudore plurimo, sudor multus inquit, per somnum factq absq; causa manifesta; cum dixit multq eum exclusit qui ab imbecillitate retentricis fit qui paucus est. Excludit etiam eum qui fieret ex corporis rari- tate, non tamen eum qui fieret irritata facultate expultrice, a

succorũ acrimonia. Per somnum dixit nam somnus ab initio humores intra movet, ad finem extra, quo tempore eos sudare videmus qui sudandi causas habent, magna ex parte. Absque causa manifesta, i. absque causa quæ sit extra corpus. Cum igitur sudor plurimus prædicto modo eruperit, significat corpus aut plurimo cibo uti, aut egere vacuatione. Et ubi constiterit corpus non usum fuisse plurimo cibo vacuatione indigere sciendum est.

APHORISMUS XLII.

Sudor multus, frigidus, calidusue, semper fluens, frigidus grauiorem, calidus minorem morbum significat.

Commentarius.

De sudore qui toto morbo durat, quem semper fluere dixit, qui omnibus morbi temporibus fluit, ubi plurimus fuerit, majorem aut minorem morbum significare, pro causæ ratione testatur. Nam calidus sudor à causa calida fit, & frigidus à frigida. Suntque morbi calidi breviores, frigidi longiores 6. de morb: pop: 1. Causæ enim calidæ brevius superantur, frigidæ tardius. Estque Estque morbus longior major, & brevior minor, cum magnitudo de longitudine sicuti & de vehementia & magis proprie dicatur. Plurimum autem dixit ac semper fluentem, nam paucus non sit longum sicatẽ morbum, etiamsi frigidus sit. Semper autem fluere voluit ut non tantum in summo vigore fluat, quo tempore judicantur morbi, sed in alijs ut in principio & augmento, ut copiam & redundantiam significet.

APHORISMUS XLIII.

Febres non intermittentes, quæ tertia quaque die exacerbantur, periculosiores: quoquomodo autem intermiserint periculum abesse significatur.

Commentarius.

Febres teste Gal: Comment: 2. lib. 1. de morb: pop: part. 3. bifariam dicuntur continuæ; Aut enim continuæ sunt quæ ad infebricitationem non desinunt, aut sunt quæ ad judicium usq; nullam habent manifestam mutationem. Has ex Gal: præceptis continentes vocamq; illas v. quæ cum continuitate hnt accessiones, continuas. Intermittentes vero sunt quæ remittunt, aut quæ ad infebricitationem perveniunt, & hoc secundo modo medici utuntur appellatione intermittentis febris. Sunt tamen in universum continuæ intermittentib. magis periculosæ, tum quod perpetuo affligant, tum quod nullum alendi tempq; opportunum relinquant. Continuarum tamen quæ accessiones habent, quædam sunt tertianæ continuæ, quædam quartanæ continuæ, quædam quotidianæ continuæ: Et præter has simplices est hemitritæus febris continua, sed quæ habeat tertia quoq; die incrementa. Præsertim conjunctis in idem tempq; quotidiæ continuæ & tertianæ intermittentis accessionibq;. De omnibq; quæ cum continuitate habent tertianas accessiones, inquit, Febres non intermittentes quæ tertia quaq; die exacerbantur periculosiores, comprehendens continuam tertianam qualis in causo continetur; & febrem hemitritæum dictam, quæ simili modo cum continuitate habet per tertium incrementa. In secunda parte aphori: de his quæ habent tertianas accessiones, sed intermittunt inquit. Quoquo modo autem intermiserint, periculum abesse significatur; sive enim multis, sive paucis horis intermittant, non fient ab inflammatione viscerum neq; à maligna intra vasa putredine, licebit quoq; citra febrem eosdem alere. In summa tertianam periculo vacare affirmat Hipp: lib. 1. de morbis pop. part. 3. dicens: Tertiana exquisita celeriter judicatur, & non lethalis existit.

APHORISMUS XLIIII.

Quibus febres longæ, ijs tubercula ad articulos aut labores fiunt.

Commentarius.

De longis febribq atqq salubribq hic aphor: scribitur, pertinetqq ad artem prædicendi, futuros abscessus, aut dolores articulorum indicans in longis febribq. Quod unica ratione comprobatur, qua febres longæ à crassis pendent succis, hi non nisi longo tempore superantur; solent autem crassi humores ad articulos transmitti judicationis ratione; solent etiam & tumores alij, uti qui post aures fiunt has febres judicare.

APHORISMUS XLV.

Quibus tubercula ad articulos, vel labores post febres fiunt, ij cibarijs pluribus utuntur.

Commentarius.

De convalescentib. ex longis febrib. loquitur, in quibq si aut tumores in quavis corporis parte fiant, aut in articulis dolores, prædicere licet causam esse usum ciborum immoderatum. Cum enim quis liberatur à morbo & verè convalescit, non relinquitur in corpore causa, quæ possit recidivam facere, aut tumores & abscessus procreare. Quod si in hoc corpore tales tumores eveniant, signum est abundantiam ciborum fuisse in causa. Est n: frequentissimum id, nam convalescentes ex longis morbis calorem nativum partium præcipuarqq hnt languidum, & ventriculu frigidum, qui magnæ appetentiæ est cāa. Quapp cum multi ex convalescentibq suæ appetentiæ obsequantur, plurimos cibos accipientes, & ob languorem paucos superare valentes, multitudinem acervabunt qua transmissa aut tumores patientur, aut in articulis dolores; Pro tuberculis igr tumores legendum est.

APHORISMUS XLVI.

Si rigor febre non intermittente ægrum jam debilem invadat, mortiferum est.

Commentarius.

Tota huius aphor: ratio ex unius verbi scatõe pendet teste Galeni com: dixit n: Hipp: Si rigor ἐπιπίπτη.x incidat, non ἐπιπέση x inciderit; Incidat n: frequenter incidere scat, Inciderit v. vel semel incidere scat. Est autem lethale inquit si rigor sæpe incidat, & febris non dimittat, & æger debilis sit. Magna n: imbecillitas facultatis caã est ut sæpe natura tentet humoris noxij vacuationem, eamque nunquam assequatur. Rigor siquidem est totius corporis inæqualis concussio ac conquassatio, hanc solent manifestæ aliquæ excretiones sequi, & ægros a morbis liberare, ut infra aphor: 58. k febre ardenti habito rigore superveniente solutio fit. At v. ubi facultas languet cõmovet causam morbi non tamen ipsam vacuat. & itq rigores multi succedunt manente adhuc causa, & febre, & imbecillitate, quæ simul juncta morbum significant lethalem. Cum igr rigores quidam eveniant incipientibus accessionibus, ut in febrib. tertianis, quandoque in statu morbi quando vacuatione aliqua sequenti morbus solvi solet; quandoque sæpius repetit medio ipso morbo, neque proinde soluto, aut vacuatione morbificæ causæ sequuta. De hoc tertio rigoris gñe præsens scribitur sententia.

APHORISMUS XLVII.

Excreationes in febribus non intermittentibus lividæ, cruentæ, fœtidæ, biliosæ, omnes malæ: commodè tamen si prodeant bonæ. Eadem est dejectionum et urinarum ratio: si quid verò quod non juvet per hæc loca excernatur, malum.

Commentarius.

Trium grũm evacuationum mentionem facit in p̃senti aphor:
nempe sputi, quod a faucibus & aspera arteria excreatur, de=
jectionis & urinæ. Solent autem excerni hi pravi colores, li=
vidi, cruenti, fœtidi, & biliosi. Lividæ enim excreationes na=
tivi caloris extinctionem significant. Cruentæ sanguinis com=
mixtionem, qui resudatione, aut venæ alicuius apertione cum spu=
to commiscetur. Fœtidæ putridæ sunt, & biliosæ syncetam scant
bilem aut parum salivæ mixtam. Has v. notum est longè à
coctis sputis & bonis distare, ac proinde malas esse, præserti
in febrib. non intermittentib. quales sunt quæ morbos acutos
comitantur, aut acutæ sunt. In alijs namq; aut non fient
aut temporis processu corrigi poterunt. Quoniam gutem in uni=
versum omnes vacuationes quæ fiunt cum notis coctionis bonæ
sunt, quamvis nigræ fœtidæq; sint, ideo addit, commodè tamen
si prodeant bonæ; Commodè enim prodire dicuntur quæ cum
notis coctionis exeunt. Nam tunc pravos succos à corpore va=
cuari contingit, & naturam valere, & morbificas causas supe=
rare. Quod si tales vacuationes per dejectionem fiant, aut
per urinam simili modo notis coctionis præcedentib. bonæ erunt
& per Crisin aut coctionem ægrotum liberantes. Quod si vero
id quod non juvet per hæc loca excernatur, malum. Cognos=
cimus enim bonam vacuationem ex ijs quæ antecedunt qualia
sunt notæ coctionis, ætas, regio, anni tempus & evacuati spes.
Deinde vero ex conferentia & bona tolerantia.

APHORISMUS XLVIII.

In febribus non intermittentibus, si partes externæ
algent, internæ uruntur & sitiunt lethale est.

Commentarius.

In febribus non intermittentib. ex insigni quodam symptomate
docet prædicere læthalem affectum. Symptoma v. est exteriora

refrigerari interioribus exustis. Addit tamen & ipsi sunt quod accidens raro sequitur ad partium internarum exustionem: Hoc mihi in febribus non intermittentibus accidit: Licet enim in febribus intermittentibus, incipientibus accessionibus extrema refrigerentur, interiora tamen non uruntur. Accenditur tamen calor deinde, ac prius in interioribus, sed nondum urens, antequam externæ partes incalescant. Causa v. accidentis est teste Gal. quoniam partes internæ perardentes malignam inflammationem patiuntur, hæc v. calorem ad se convellit instar cucurbitulæ, simul & sanguinem partibus externis frigidis & exanguibus relictis. Verum hic non explicuit quas partes exteriores appellet, neque qua ratione agnosci possint interna exusta. Progn: tamen 4. lib. 2. integerrimam scripsit sententiam hoc modo. Si caput, manus, ac pedes frigidi sunt ventre costisque calentibus, malum est. Frigidas hic explicavit & ventrem ac costas tangi præcepit, ut partes internas exustas significaret ventrem & thoracem. Posset autem id symptoma non tantum viscerum inflammationem significare sed nativi caloris defectum, aut vehementem aliquem dolorem citra inflammationem; a talibus enim rigere & refrigerari videmus partes extremas. Hinc est quod Hipp: dicat per febres in quibus interiora uruntur, non aliter.

APHORISMUS XLIX.

In febre non intermittente si labrum, aut supercilium, aut oculus, aut nasus pervertitur, si non videt, non audit, imbecillo jam corpore, quicquid horum acciderit, in propinquo mors.

Commentarius.

Indicia hæc mortis propinquæ sumuntur ab animali facultate quæ a cerebro oritur. Facultas autem animalis alia

est sentiens, alia loco movens, utriusque læsionem significavit; Perversio enim convulsione fit, aut resolutione. Convulsio ab inflammatione, aut tumore scirrhoso, aut à frigiditate, aut à siccitate; scirrhus non adfert hæc in acutis morbis aut febribus non intermittentibus. Inflammatio in origine nervorum ac propè cerebrum lethalis est. Nimia frigiditas demortuam significat vitalem facultatem. Nimia siccitas immedicabilis est, atque convulsio inde orta. Resolutio impotentiam significat. Si v. præterea animalis facultas sentiens ita laboret, ut non videat vel non audiat & debilis æger sit quicquid horum acciderit in propinquo mors est. Si enim laborante animali facultate movente, superveniat labor animalis facultatis sentientis mors vicina est. Major enim labor, majorque imbecillitas partis necessaria est ut animal sensum amittat, quam ad amissionem motus. Addit in febre non intermittente, aut quia hæc raro admodum accidant in intermittentibus, aut quia in eis, etiamsi fiant, non adferunt mortem.

APHORISMUS L.

Ubi in febre non intermittente difficultas spirandi, & delirium acciderit lethale.

Commentarius.

Difficultatem spirandi cum delirio signum lethale dicit esse in febre continua, quamvis raro sine ipsa hæc symptomata eveniant, ac videatur pleonasmus. Hæc tamen duo symptomata in vera phrenitide adsunt atque in ea quæ oritur à septi transversi inflammatione sed sunt diversi generis. Nam in phrenitide quæ sine thoracis & partium respirationi servientium læsione fit, species difficilis respirationis est magna & ex longis intervallis quam magnam ex longo tempore vocat Hipp: 6 prog: 1 x magnam raram, cum enim delirantes sui muneris obliviscuntur

raram faciunt respirationem, deinde tamen coacti urgente usu non possunt non efficere eandem magnam. In inflammatione v. septi transversi delirium quidem perpetuum est, sed difficultas spirandi parva, frequens. Utraqz autem lethalis est.

APHORISMUS LI.

In febribus abscessus primis crisibus morbum non solventes, ejus longitudinem significant.

Commentarius.

Nulli dubium est si febris aliqua judicetur per abscessus & non liberent ægrum à febre morbum longum futurum, signum enim est aut imbecillam esse facultatem, quæ non valuit humorem peccantem excernere, aut ipsum esse adeo multum ut non superetur, aut utrumqz. Cum igr abscessus fiant aut a tenuib. humorib. & facultate languida, aut à crassis sed valente facultate, & aliquando ab utrisqz si mediocris fuerit facultas. Si tenues sunt, & facultas non valida solet per abscessus morbos tales finire, si eos non finit plurimum languida erit, & ita longo tempore egebit ad finiendum morbum, sive coctione, sive judicatione. Si facultas aut mediocris e aut valida, & abscessus imperfecti fiunt, aut ob multitudinem causæ, aut ob crassitiem, aut frigiditatem longo tempore opus erit, ut quod crassum & frigidum est aut quod multum fuerit superetur.

APHORISMUS LII.

Qui in febribus aut alijs morbis volantarie illacrymant, nihil absurdum: qui verò præter voluntatem, absurdum.

Commentarius.

Si quis volens aut in febribq aut in alijs morbis lachrymas fundit, nihil malum indicat, sed causam quæ ægrum ad fun-

dendas lachrymas movet. Quando v. nolens id facit malum est, si non eveniat ob aliquam manifestam causam ut fumū sippitudinem, &c. Quamvis neq3 id semper malum sit ubi cū lachrymæ manant in morbis acutis post coctionis signa judicantes fluxum sanguinis narium apud Hipp: l. 1. de morbis pop: Verum ibidem dicit, qui vero vitiose habent, his non sanguinis eruptionem sed mortem significant. Vitiosè idem est quod sine signis coctionis. Huiq causa est imbecillitas facultatis retentrius & calor in cerebro colliquans.

APHORISMUS LIII.

Quibus per febres circa dentes lentor quidā obnascitur, ijs vehementiores sunt febres.

Commentarius.

In febrib. validioribq calor vehemens solet exsiccando facere glutinosam ac viscidam pituitam dentibq accrescere & supra dentes agglutinari, ita ut opus sit aceto aut vino os diluere ut dentes mundentur, & ideo ut signum scribit febris vehemētioris, si dentibq mucores hæserint. Solent autem huiusmodi mucores non tantum hærere per febres vehementiores, sed postea etiam denigrari.

APHORISMUS LIV.

Quibus siccæ tusses paulum irritantes in febribus ardentibus perseuerant, ij non admodum siticulosi sunt.

Commentarius.

Tusses parum durantes non possunt extinguere sitim aut eam admodum minuere, quæ in febrib. ardentib. est, ea n: magna est. teste Hip: 4. de ratiō victq acutorq. Leviter irritantes dixit propter validas tusses quæ a thoracis morbis excitātur, & a fluxionib. biliosis à capite in fauces, à quibq nihil

effatu dignum quandoque excernitur, hæc enim ~~sit~~ sitim potius augent. Tussis v. sicca leniter irritans ac diutius perseverans in febribus ardentibus sitim mitigat, quia per eam a partibus proximis exprimitur pauca quædam humiditas, quæ lenitotis, faucium, & asperæ arteriæ asperitatem & inæqualitatem. Non admodum siticulosi sunt ac si diceret non omnino siti privantur, sed non habent eam pro ratione febris ardentis.

APHORISMUS LV.

Ex bubone febres omnes malæ præter diarias.

Commentarius.

Cum inflammationibus adenum fiunt quædam febres diariæ, quædam putridæ. Malas autem dicit omnes præter diarias. Diariæ neque causam habent manifestam, dolorem cum ulcere in extremo aliquo membro. Quæ enim absque eo fiunt malæ sunt Gal: n: lib. 1. de art: cur: ad Glauc: criniquit quæ ex adenum inflammationibus ortum habent ortum habent febres, si absque ulcere fiant manifesto tunc suspitionem adferunt & nullo modo mites sunt. Ratio manifesta est nam quæ fiunt ex bubonibus febres, ubi non fuerint diariæ a nimia redundantia fient, quæ in vasis febres putridas facit. Tanta autem est ut & in vasis permaneat quod febrem efficiat, & ad adenas mittatur, quod inflammationem gret, quandoque vero non tantum cum putredine inutta magna vasa hæc fiunt, sed etiam cum viscerum inflammatione, & ob id malæ.

APHORISMUS LVI.

Febricitanti sudor superveniens, febre non deficiente, malum: protogatur enim morbus, & plus humiditatis inesse significat.

Commentarius.

Solent febres judicari sudore perfecte, qualis est sudor cujus meminit Hip: 1. progn: atque est primus eo loco, cum inquit, sudores optimi quidem sunt in omnib. acutis morbis, quicunque in diebus decretorijs fiunt, & integre febrem sedant. Sunt autem secundo loco qui quamvis febrem non sedent, ipsam in meliorem statum mutant, de quibus secundo loco dixit. Boni vero quicunque ex toto corpore procedentes fecere ut homo facilius morbum ferret, est quoque is sudor auctore Gal: in die decretorio factus. Sed dices hæc duo non stare; Nam in prog: hunc sudorem bonum, in aphor: vero in universum malum dixit. Si sudor superveniat non deficiente febre, non enim deficit quamvis in melius faciat mutationem erit 2. malus sudor quem tamen bonum in prog: esse statuit. Cæterum aliud est sudorem esse bonum in ratione causæ, aliud in ratione signi. Sudor enim qui a toto corpore procedens non liberat ægrum, sed in melius mutat, bonus est ratione causæ, quoniam bene facit, & hoc voluit in prog: In ratione tamen signi malus quia morbum longum fore significat. quod dixit hoc aphor: huic est quod adjiciat, protogatur enim morbus. Et protogatur morbus quod malum est, quoniam multam significat humiditatem, quam natura quidem tentavit vacuare sed non potuit.

APHORISMUS LVII.

Spasmo aut tetano febris si accesserit morbum solvit.

Commentarius.

Hipp: in hoc aphor: omnem convulsionis speciem comprehendit sunt enim omnes tres, retractio musculorum ad anteriora emprostothonos, ad posteriora opistothonos; Et hæ duæ comprehenduntur in convulsione, atque ut tertiam significatet

dixit aut tetano .i. distentione, quæ est utrinq retractio seu convulsio. Docet autem his omnib. febre superveniente morbum solvi. Loquitur enim de convulsionib. quæ fiunt ab humore non de his quæ sequuntur magnas ac vehementes febres, quæ & siccæ sunt & curari nequeunt. ideoq etiam dixit superveniente febre, non supponens aliquam priorem. Cu igr supervenit non præfuit, tunc convulsio ab humore pendet & morbus curatur superveniente febre. Nam febris discutit humorem, eumq frigidum coquit, juvando sci: calorem nativum in hoc opere valde occupatum, coctumq deinde excernit. Hæc vero præter coctionem admixtam habet putredinem. Ad eam tamen qua boni succi grantur, aut ex ipsis corpus alitur, & ad eam qua fit in bonum humorem mutatio ex pravo, quam diximg correctionem, aut ad benignam reductionem, nullateng calor febrilis adjuvat, sed totum opus nativi caloris est.

APHORISMUS LVIII.

Si febre ardente laboranti rigor superveniat solutio fit.

Commentarius.

Sunt ex rigoribg quos nulla sequitur vacuatio, etiamsi adfuerit totig corporis conquassatio. Ex his tamen quos manifesta vacuatio sequitur, quidam fiunt in die decretoria & notis coctionis præcedentibg, quidam sine his, illi quos nulla sequitur vacuatio, non liberant a febre, quamvis superveniant febri, quoniam morbi materiales causæ vacuatione curantur. Si tamen rigores vacuatio aliqua sequatur, non tamen in die decretoria non solet morbum curare ut diximg aph. 29. Quæ n: vacuationes sunt sine notis coctionis, inutiles sunt, aut non liberantes, aut cū periculo recidivæ

Cum v. rigor supervenerit febri ardenti, cum tamen sequitur sudor, aut vomitus bilis, aut ejusdem dejectio, aut ex his plura, febris ardens, quæ a bile originem habet, solvitur.

APHORISMUS LIX.

Tertiana exquisite septenis ad summum circuitibus judicatur.

Commentarius.

Quam rationem hit febris quotidiana intermittens ad quotidianam continuam, eandem habet febris tertiana intermittens ad febrem ardentem, nam hæc est vera tertiana continua. Est autem exquisite tertiana quæ a bile putrescente oritur, cui nullus alter humor est mixtus. Hæc si intra vasa putrescat, tertianã continuam sive causum efficiet; si vero putrescere incipiens extra vasa pellatur, intermittentem. Exquisita præterea dignotiones hit quæ sumuntur à temperatura, ætate, anni tempore, & regione; quæ non sunt hujus instituti; sed id tantum monstrare tertianam exquisitam septem circuitibus finiri quoad longissimum. Habet enim febris omnis biliosa breves accessiones & paucas; Breves quia accessio febris tertianæ exquisite duodecim horarum spatium excedere. Paucas quoniam ultra septem accessiones non prorogatur. Habentque febres tertianæ tantum impuritatis quãtum aut accessiones sunt quàm duodecim horarum longiores, aut quam septem, plures. Causa ad humoris biliosi tenuitatẽ paucitatem & calorem refertur. Tenuis enim est bilis ac valde calida, pauca vero colligitur antequam a vasis pellatur, irritat enim brevi ad excretionem naturam. Simile evenit in febribus ardentibus exquisite, nam hæ septem diebus judicantur, quomiã sunt de morbis peracutis. Qualis tamen est numerus dierum in febribus continuis, talis est nrus accessionum in febribus intermittentibus, utque illæ in septem diebus, ita hæ cum fuerint –

biliosæ & exquisitæ in septem periodis absolvuntur. Est a periodus temp. accessionis & intervalli, quæ sex continet tempora, principium, inæqualitatem, augmentum, vigorem, inclinationem & intervallum sive infebricitationem. Dixit ad summum postremum limitem statuens; ante eum tamē exquisitè tertianæ finiri possunt ob humoris tenuitatem paucitatem & calorem, accedente ægri facultate naali robusta & meatuum apertione. Sic Hipp: dixit 14 die finiri morbos acutos quos ante ipsam sæpe finiri nihil prohibet.

APHORISMUS LX.

Quibus per febres aures obsurduerint, iis sanguis è naribus fluens, aut alvus turbata solvit morbum. Commentarius.

Supra aphor: 28 de biliosis surditatibus voluit hanc sententiam veram esse; non autem de omnibus vera est; sed de illis quæ per consensum fiunt; quare hic dixit in febribus quia surditates in ipsis consensu totius corporis mediante capite fiunt. Judicantur autem causa vacuata, aut revulsa, ea vid: quæ nondum præfixa & firmata est, sed firmari parata, aut vacuatione aut derivatione, quæ fit fluxu sanguinis narium, sive ventris purgatione.

APHORISMUS LXI.

Febricitantem nisi diebus imparibus febris reliquerit, solet reverti. Commentarius.

Gal: in comm: hunc aphorismum aut adscriptum esse, aut pro imparibus decretoriis legendum statuit, quia non tantum in diebus imparibus videmus multos febricitantes judicatos, sed etiam in paribus veluti quarto, quamvis raro, 14 tamen 20 & 40 frequēter

Præcipit tamen Gal: 4 de raoē vict: acut: dierum imparium naturam considerare, quod multa polleat virtute, non simpliciter, sed in morbis acutis est intelligendum, quod insignes faciant mutationes in utramqꝫ tum salutem tum mortem. hi sunt 3 & 5, & 7. & 9. & 11. & 14. & 17.

APHORISMUS LXII.

Quibus per ~~[illegible]~~ febres morbus regius superuenerit ante diem septimum, malum.

Commentarius.

Icterus latinis morbus regius dr̄ & aurigmosus, per eum n: vel potiꝰ ratione ejus symptomatis cutis color vitiatur, & oculorum album, degenerat in pallidum colorem, bile ad cutem ex vasis transfusa; Transfunditur autem in febribꝰ, & aliquando sine ipsis. Præterea in febribꝰ nonnunquam coctione præcedente, ac judicationis ratione, nonnunquam vero ratione symptomatis, quod fit jecore laborante scirrho, inflammatione, aut obstructione. Jam igr̄ quoties icterꝰ advenit in febribꝰ, si coctio biliosi humoris antecedat, bonum erit, sivero non, malum. Erit enim indicium non quidem scirrhi, si ante septimum fiat, quia scirrhꝰ sine febre fit longo tempore transacto. Eveniet igr̄ aut ratione inflammationis, aut obstructionis & utrumqꝫ malum est. Quoniam tamen Hipp: intellexit ante septimum diem non fieri coctionem bilis pallidæ quæ morbum regium efficit, malum esse dixit si per id tempꝰ evenerit, significabit n: in symptomatis raoē evenisse & inflammationem jecoris, aut obstructionem adesse; præter id etiam naturam tentasse judicationem ante tempꝰ ob humoris copiam irritatam. Duo hinc colliguntur unum grale, nempe judicationes a natura tentatas ante coctionis tempꝰ malas esse. Alterum particulare humorem regium morbum facientem ante 7. diem non esse coctum; Hinc Gal: dicit in com: non posse bilem judicatorie ante septimum diem efferri. Septimo autem aut nono

aut reliquis deniceps judicatorijs judicatoriè efferri pt ut in aphor: 64 sequenti, quanquam neqz id semper bonum sit ut cum vitio jecoris acciderit. Huius aphor: exemplum est apud Hip: l. 3 de morbis pop: part: 1. in historia Harmocratis qui febre laborabat & 6 die icteriosus factus est, unde non tantum non judicatus est, sed omnia proritata sunt, mente n̄ gstabat. Notandum tamen est regium morbum 7 & 9 die malum esse si dextrum hypochondrium obduruerit.

APHORISMUS LXIII.

Quibus in febribus certo die rigores respetunt eodē febres solvuntur.

Commentarius.

Rigor proprie secundum Gal. est totius corporis inæqualis concussio ac conquassatio: Hic tamen tertianis incipientib. advenit, & quartis non omnibus. Quotidianis tamen de quib. Hipp: modo non advenit rigor, sed horror, & fere omnibus extremorum refrigeratio. Sed rigor hoc loco quodvis trium sigcat. Vult a. in præsenti aphor: quib. quotidiè in febribus advenit rigor, frigus, aut horror quotidie febres solvi. In tertianis & quartanis item, quibus tertio & quarto febres solvuntur. Quotidianæ etiam febres singulis diebus cum horrore invadentes, solvuntur singulis diebus, quamvis hodiè incipiant & cras solvantur, nihil enim agit ad aphorismi veritatem, sicuti neqz illud, si febris aliqua quotidiana cum continua misceatur; nam non videtur febris solvi sed adhuc manere, quamvis cum rigore in dicta scabe inceperit. Verum Hip: non dixit ægrum sine febre manere, sed febrem solvi, atqz id verum est, nam præcedentem finiri necesse est, si altera cum rigore incipere debeat, quæ hanc ordine accessionum sequitur.

APHORISMUS LXIV.

Quibus per febres morbus regius die septimo aut nono, aut undecimo, aut decimo quarto supervenerit, bonum: nisi dextrum hypochondrium durum sit alioqui minimè bonum.

Commentarius.

Hic aphor: ordine debebat subjici 62. Cum enim ibi dixisset, morbum regium ante 7. diem supervenientem febribus malum esse, hic quibus diebus eveniens bonus sit docet videl: 7. 9. 11. & 14. Ratio manifesta est; hi enim dies sunt judicatorij & ab initio febris tanto temporis dissiti ut interim biliosus humor coqui possit. Cum igr ob brevitatem temporis ante septimum die coqui non possit, septimo v. & reliquis possit, ante septimum dixit malum, septimo & reliquis bonum. Nec tamē id citra distinctionem accipi voluit, sed nisi dextrum hypochondrium obduretur; scat enim ibidem adesse inflammationem. Durus enim tumor aut cum dolore sit & est phlegmone, aut sine dolore atqz est scirrhg. Cum autem intra praedictos dies non adsit scirrhg, erit durities in jecore, phlegmone. Jecur vero inflammatione tentari quam malum sit notum est.

APHORISMUS LXV.

In febribus circa ventriculum vehemens aestus et cordis morsus, malum.

Commentarius.

De febribg continuato sermone dicit si adfuerit ventriculi vehemens aestus, aut ardor & morsus cordis, malum esse. Hic per cor os ventriculi intelligi graecorg more asserit Gal in com: In febrib. q. id non immerito dixit nam vehemens ardor ventriculi & ipsig oris morsus calidissimam bilem nondū

coctam significat, & ubi perseveret aliquando erysipelas ibi fieri. Alias vomitum futurum prope scat, præsertim si labri inferioris tremor accedat, & oculorum tenebrosas, & saliva ab ore manans. Sine febribus tamen evenire, vehementem æstum & oris ventriculi morsum palam nobis ostendunt multi cholera laborantes, qui & æstuant valde, & acerrimum morsum oris ventriculi sentiunt absque febre.

APHORISMUS LXVI.

In acutis febribus convulsiones, et circa viscera vehementes dolores malum.

Commentarius.

Convulsiones quæ post febres acutas fiunt malæ sunt quia a siccitate & consumptione oriuntur. Sic etiam mali sunt validi dolores juxta viscera; sunt autem hæc jecur, lien, pulmo & cor. Hi enim dolores non nisi a magno calore, & vehementi intemperie oriuntur. Fiunt etiam vehementes dolores ob inflammationem aut erysipelas in aliquo viscerum exortum, quod malum esse quis dubitabit.

APHORISMUS LXVII.

In febribus per somnum pavores, aut convulsiões malum.

Commentarius.

Dormientibus in acutis febrib. hæc duo symptomata eveniunt, malum indicantia, timores & convulsiones. Timor humores supra modum assari, & degenerare in melancholiã̃ indicat. Hi enim præsertim ubi in ore ventriculi contineantur advemiente somno in caput effumant, & timores efficiunt. Id unquam malum sit constat: nam bilis quæ assatur per somnũ coqui ac mitigari deberet secundum naturam: maxime si

somnus oportunè recipiatur, de eo enim intelligendus est Hipp: Convulsiones quoque hunc temporis fiunt ab humorum & vaporum acrimonia, qui caput petunt & nervos, qui potius moderari deberent per somnum.

APHORISMUS LXVIII.

In febribus spiritus offendens malum, convulsionem enim significat.

Commentarius.

Spiritus hic respirationem significat. Cum autem respiratio contineat inspirationem & exspirationem, utriusque illisio, aut offensio, aut interceptio malum est, significat enim convulsionem cuius gratia musculi thoracis non cedunt, sed animalis facultatis opus interrumpunt, cogente autem usu quod in febribus fit, rursus intercidentem motum conatur perficere natura, posset item interrumpi respiratio à frigore concretis musculis, sed non in febribus. Erunt igitur huiusmodi interceptiones siccitatis effectus & febris vehementiæ, aut fortè imbecillitatis facultatis nequeuntis motum unico conatu finire & usum implere, aut dispositione convulsioni similis.

APHORISMUS LXIX.

Quibus urinæ sunt crassæ, grumosæ & paucæ, non sine febre, si ab his tenues & copiosæ mejantur, prosunt. Maximè vero tales redduntur, in quibus statim ab initio, vel non ita multo post, sedimentum apparuerit.

Commentarius.

Peculiarem præbent indicationem in febrib. urinæ crassæ, grumosæ, paucæ, sed non sine febre, cum mutantur in tenues ac multas; juvat enim inquit talis mutatio. Urinæ crassæ

sunt quæ mediocres crassitudine excedunt, quas contingit
turbatas esse; sed grumosæ crassæ parvam sunt turbatio-
nem, quam ferè in totum deponunt, cum grumosæ fiunt,
siquidem grumi sunt contenti crassi partes, quæ in grumos
congeruntur inæqualiter. Verum quando id contingit mani-
festa fit contenti separatio ab urinæ fusione, manetque urina
clara, aut parum turbata, quamvis statim micta turbata es-
set, manet item urinæ fusio crassa aut plus aut minus pro
secretionis ratiõe. Est .a. urina hæc pauca quoniam crassa,
& quæ crassum & copiosum contentum commixtum defert,
necessario retinebitur & pauca descendent. Crassitudo ad sub-
stantiam attinet, grumi ad contentum, paucitas ad quantitate.
Hanc urinam sæpiq. vidimq. in febrib. pituitosis ab initio q̃
tamen temporis processu actione naũe attenuatur coctâ cras-
sa pituita. Humor enim pituitosus cum coquitur & attenuatq.
mixtione aquei excrementi, & actione caloris, & flatus cõ-
mixtione, quo tempore quod subsidebat, in æneorema tran-
sit, quamvis ad finem morbi rursq. subsideat, idque coctionem
ostendit. Sed interest: quoniam ab initio crassitie, frigi-
ditate & cruditate subsidebat, eratque non æqualis & fæcem
referebat, & urinæ fusio erat decolorata; ad finem v. uri-
na meliorem & colorem assequitur, & contentum, æqualitatẽ
& convenientem sedimento locum, & figuram pinealem. Iu-
vat .a. inquit hæc mutatio, quoniam tenues & multæ urinæ su-
pervenientes crassis paucis, coctionem ostendunt tenuitate,
quoniam hic tenuitas mediocritatem dicit, nam tenues dnt
quæ mediocres sunt ubi crassis comparantur. Significat

etiam judicationem multitudine, nam quæ ante retinebantur ob crassitiem attenuata fluunt copiose, & retentum vacuant & juvant. Accidit autem hoc inquit præsertim ijs qui ab initio, i. prima ipsa die, aut brevi h. e. in primis morbi diebus cum nondum coctus esse solet pituitosus morbus, sedimentum habent, quod non esse verum sedimentum diximus, sed crassam pituitam residentem.

APHORISMUS LXX.

Quibus per febres urinæ turbatæ quales jumentorum ijs dolor capitis vel adest, vel aderit.

Commentarius.

Tres sunt urinarum conturbatarum diff., quædam n: minguntur quidē claræ & extra turbantur, quæ ostendunt naturam nondum aggressā coctionem, sed aggressuram. Verum si paulò postquam mictæ sunt turbentur, naturam coctionem incipere putandum est. Quæ v. turbidæ mictæ etiam clarificantur, ostendunt naturam jam perficere coctionem: quod si turbidæ mictæ tales permaneant, conturbationem, agitationem humorum, & naæ laborem sciant, atque vi^m^ morbi & humorum cruditatem. Id enim musto effervescente fieri videmus, ut agitatum à calore non subsideat, sed flatu elevato, levetur quoque vini fæx, & jam discusso flatu vinum coctum maneat, atque subsideat, sic etiam humoribus agitatis turbida fit urina, coctis autem & flatu discusso subsident & urina clara mingitur, aut brevi admodum subsidet, & clarificatur. Quoniā v. dum coquuntur humores vapor flatui mixtus caput petit, capitis dolorem efficit, idque in febribus præsertim in quibus humores magis a calore agitantur. Sed si capitis dolor nondum adest, paulo post adveniet, perseverante turbatione & agitatione humorum; Id est quod dixit aut adest, aut aderit. Vult autem id accidere ubi urinæ fuerint conturbatæ veluti jumentorum, exemplo

utens eas quæ summè turbatæ sunt & quæ turbationem n̄ deponunt. Quæ enim parum turbatæ sunt, aut quæ turbationem deponunt, quamvis aliquando cum capitis dolore fiant tamen hoc non necessarium est ut adsit vel futurus sit.

APHORISMUS LXXI.

Quibus die septimo futura crisis est, ijs urina rubram die quarta nubeculam habet, cæteraq; pro ratione.

Commentarius.

Quod de virtute dierum judicantium aphor. 24 se: 4 docuerat dicens quartum esse septimi contemplatorium, & undecimum decimi quarti, & decimum septimum etiam esse contemplatorium. Id hic in urinis unico exemplo confirmat, docens, ea quæ judicantur in septimo, habere die quarta nebulam rubeam in urina, & reliqua secundum rationem. Contemplatoria enim est 4ta dies, ut bonam vel malam judicationem in septima futuram ostēdat, non ipsam judicationem. Est quoq; argumentum a septima in quartam diem, non à quarta in septimam. Si n: septima judicare debeat morbum (de bono intellige judicio), urina in quarta notas coctionis habebit: non tamen si quarta notas coctionis habet, septima judicium fiet. Sæpe enim morbi tales coctione finiuntur, cum non sint consimilem magnitudinem, & motus celeritatem. Præterea de omni contemplatoria die Hipp: suam vult sententiam citato aphor: quæ tamen vera non esset, non enim si undecima coctionis habet notas decima quarta judicabit. Gal: in comm. hus aphorismi dicit, dubium videri an quod de 4ta die dicit verum sit in alijs contemplatorijs, & collegit in 4ta die id fieri posse ut septimam ostendat, in undecima non nisi celeriter admodum morbus moveatur. Ratio est quoniam ad finiendam coctionem satisfacere ut tempus æquale ei, quo potuit coctionis manifesta signa præbere, cum autem morbus

ante undecimam non habuit coctionis notas, sed in ipsa primum q̄ reliquum est usqꝫ in decimam quartam, ad perfectionem coctionis non videtur satis, nisi valdè celerem motum assumeret morbus. Aliter quamvis notæ coctionis appareant in undecima non fiet bona crisis decima quarta. Idem de decima septima & vigesima dieqꝫ. Verum attente hæc consideranti patebit Hippocratis sententiam in omnib. diebꝫ contemplatoriis veram esse. Diximus argumentum à die judicatoria in contemplatoriam esse transferendum non contra, atqꝫ sequi, si judicatio bona futura e in septima, signa manifesta coctionis apparebunt in quarta. Non tamen omnino sequitur ut coctionis notis in quarta apparentibꝫ, septima judicium eveniat. Quam rationem ita in omnibꝫ firmam invenies, si judicatio in decima quarta futura est ad bonum, in undecima notæ manifestæ coctionis apparebunt, non tñ si apparent prædictæ notæ coctionis in undecima, in die decima quarta futurum est judicium. Maximè quoniam notæ quæ in die contemplatoria apparent, salutis aut mortis signa sunt, non crisis. Quod si non judicationem sed morbi finem prænoscere velis, pari modo incedes ut diximus. Quartam etenim dies ita septimam ostendit, ut si septima bene morbum finire debeat, quarta id præindicet, sicuti & si malū finem sit ea die morbꝫ habiturꝫ, quarta malum in diebꝫ judicatoriis, ita & dejectio & sputum. Hoc mō dixit Hipp: si sputum statim initio appareat, morbum brevem fore denunciat.

APHORISMUS LXXII.

Quibus pellucidæ et albæ sunt urinæ, malæ, maximè vero si in phreniticis appareant.

Commentarius.

Pellucidas & albas urinas malas ēē ex eo patet quod summam cruditatem tum ex substantia tum ex colore significent.

talem Gal: appellat aquosam quod aquæ similis sit; Mala a. est talis urina quia summam ostendit cruditatem, & nullā prabet coctionis spem. Mala quoque quia promittit mortē ante coctionem nisi admodum robusta sit facultas, & nemi: nem tali urina salvatum vidit Gal: Maximè autem in phre: niticis; significat enim tunc bilem universam in caput rapi.

APHORISMUS LXXIII.

Quibus elata hypochondria murmurant, lumbors superveniente dolore, alvus humectatur, nisi in: ferne flatus erumpant, aut urinæ multitudo pro: deat: hæc vero in febribus.

Commentarius.

Hypochondrium partem eam ventris scias quæ subtus est costis à latere in latus, quamvis & infimas partes ventris ubi jecur, lienem & ventriculum interdum sieri. Quibq elata hypochondria murmurant .i. venter inferior, huic affectioni videmq sæpe supervenire lumborum dolorem flatu com: moto & devoluto per intestina ad posteriora, ac dolent lumbi compressione, nonnunquam humore, per jecur in venas quæ lumbos perrepant translato: Hoc quidem superveniente, nisi ventres eisdem humectantur, nisi flatus erumpant, aut uri: næ multitudo subeat, Ratio nota est: Nam si humor qui cum flatu miscetur, cuiq gratia flatus murmurat, excer: natur venter humidus fiet; si vero transferatur in jecur & renes lumbi quoqz gravitatem sentient: tunc vero flatq erumpet, solo flatu in ventre relicto atqz discusso, & urinæ co: pia descendet, ea via humore vacuato. Id tamen in febribus intelligi vult, hoc est in his quæ fiunt huic loci passione

in quibg febris morbus est non accidens, quod partis cuiuspiã affectum sequatur. In eis namqz non eveniunt prædicta accidentia, quoniam venter inflammationis, aut jecoris aut lienis ratione sublatg, non transmittit humorem in renes, & flatu per intestina, neqz sonitum cum murmure reddit flatus, etsi in ventre contineatur per dictos effectus.

APHORISMUS LXIV.

Ubi spes est ad articulos abscessum iri, abscessu liberat urina multa, crassa, & alba reddita; qualis in febribg laboriosis quarta die quibusdam exire incipit. Quod si ex naribus etiam sanguis profluxerit, brevi admodum solutio fit.

Commentarius.

Multi sunt evacuationum modi qui possunt ægros ab abscessibg, si qui sperantur liberare, uti fluxg ventris, urina multa crassa, & fluxg sanguinis. Quorundam meminit prognosticis. l. 2. dicens. Considerare a. oportet talia hunc in modum, si febris desinet, & dolor non cessaverit, & sputum non excernatur secundum rationem, neqz biliosæ fuerint alvi dejectiones neqz dissolutæ atqz syncerae, neqz urina valde multa & crassa ac plurimum continens sedimentum, paratur autem salubris ab omnibg aliis salutiferis signis, in his oportet huiusmodi abscessus sperare. Docuit hoc loco abscessus sperare in febribus salubribg cum prorogantur, nisi fluxu ventris, aut urina multa crassa veniente liberentur ab ipsis. Id hic docet de urina multa, crassa, alba, & de sanguinis fluxu ex naribg; Et recte quidem, nam abscessus sperantur in morbis, qui pendent à crassis humoribg & pituitosis, quod si hi purgentur per urinam, hoc dua

fient, ut urina sit multa, crassa, alba, & ut abscessus non e= veniant praevacuato humore per urinam. Brevior autem solu= tio erit, inquit, si fluxerit sanguis per nares, aut quia duae vacuationes citius liberant a futuris abscessibus quam una, aut quia fluxus sanguinis narium celerius solvit morbum, quam urina multa, crassa, alba. Addit etiam: Qualis in laboriosis febribus quarto die quibusdam fieri incipit: & in illis quae a multis & crassis humoribus origmem ducunt. Iis enim hoc inest quod cito abscessus faciant nisi talia supervenerint.

APHORISMUS LXXV.

Si quis sanguinem aut pus mejat, renum aut ve= sicae exulceratio significatur.

Commentarius.

Sanguinem quis mingit laxatis meatibus ad renes sangui= nem ducentibus; Item rupto abscessu in jecore vel pulmone, abscessus puris cum urina mixtio signum est; retentis men= sibus etiam sanguis mingitur. Ad veritatem igitur huius apho: subintellige si quis sanguinem aut pus diu mejat, aut alias loco particulae disjunctivae copulativam pone ut sensus sit si quis sanguinem & pus mejat, tunc caetera sequentur. Iuvant autem maxime ad loci patientis dignotionem locorum dolor, & puris aut sanguinis cum urina commixtio, quod sur= sum mingantur vesicam: quod vero caranculae renes ulcerari indicat, & quod pus aut sanguis sine urina sponte defluunt, ostendunt in osculo vesicae, aut in pene ulcus consistere. Huic sententiae subscribit Paulus. lib. 3.

APHORISMUS LXXVI.

Quibus cum urina crassa exiguae carunculae, aut ve= luti pili exeunt, his à renibus fit excretio.

Commentarius.

Parvæ carunculæ ostendunt partes in renibus exesas esse si excernantur. Si quædam veluti capilli exeant id quoque a renibus fiet. Per crassam urinam media intelligi debet quæ respu tenuioris crassa vocatur; nisi velis illam crassam vocari ppt immixtum sanguinem crassum & assatum vel quod capilli a crassis humoribus oriantur, præcedente victu qui pituita generet crassam.

APHORISMUS LXXVII.

Quibus cum urina crassa, furfurosa quædam una exeunt, his vesica scabie laborat.

Commentarius.

Hic similiter crassa urina dr comparata ad tenuiorem & mediocris intelligitur; Cum n: furfuracea cum urina exire possint à venis, & à vesica, & meatibus urinarijs, nulla via melius potuit Hipp: distentionem accipere, quam ex urina co: ctione & cruditate, & hanc a mediocritate substiæ. Nam si urina cocta est, & substantia mediocris, signum est vasorum facultatem nativam constare, ac firmam esse, neque adeò validum esse febrilem calorem, ut furfuracea detrahat ab internis membranis venarum, aut crassos humores ibidem asset. Quod si tabia in urina excernantur, erit labor in vesica sive scabies. Quoties n: internæ superficies venarum tali affectui laborant, quali ipsa cutis externa dum scabie affligitur; tunc furfura: cea quædam a venis & vesica exilient, sicuti a cute scabie fœdata. Quando itaque cum urina mediocri furfuracea exeunt vesica scabie laborat, neque vetat quo minus cum urina tenui furfures a vesica mittantur, ubi simul & membra calore præter naturam afficiantur, & vesica scabie laboret. Hactenus actum fuit de urinis cum contentis crassis.

APHORISMUS LXXVIII

Qui inopinanter sanguinem mejunt, iis à renibus venulam ruptam esse significatur.

Commentarius.

Inopinanter sine manifesta causa, sanguis mingitur, ut ru:
ptura venæ, aut vasorum anastomosi; fit etiam aliquando à
causa cognita ut saltu, ictu aut medicamenti acrioris potu, aut ex
rupto in superioribus abscessu, & simul cum pure excreto san:
guine; Inopinanter item aliquando sumitur pro repentè.
Quare cum mictus sanguinis possit a renibus evenire rupta ve:
na ob causam cognitam, & sine ipsa, cum Hipp: dixit Qui:
cunque sponte sanguinem mingunt iis in renibus venulæ ruptu
ram sciat, sponte non scavit manifestam causam, sed id quod
repentè. Si enim quis repentè sanguinem mingat, venula
rupta est in ejus renibus, ab aliis enim partibus non eveniet
repentè sed sensim: & aliis præcedentibus malis, atque non erit
a superioribus sanguinis mictus sed cruenta urina, nam mitere
sanguinem mingere aut urinam sanguineam. Ex anostomasi a
parvarum venularum sanguis parce fluit, ac proinde urina tantum
subsanguinea. teste Gal:

APHORISMUS LXXIX

Quibus in urina subsident arenosa, iis vesica aut renes calculo laborant.

Commentarius.

Hic aphor: non est integer in quibusdam antiquis codicibus
in quibus illa pars omittitur aut renes. Imò integer aphor:
non est simpliciter verus, quandoquidem sæpe videmus arenulas
mingi & hominem non laborare calculo renum, neque vesicæ, neque
unquam laborasse. Sed videmus multos arenulas mingere, atque

cum cohibentur prædicunq calculum futurum. cum enim semel excretæ fuerunt, majorem movent calculi suspitionem, cum retinentur, quam cum minguntur.

APHORISMUS LXXX.

Si quis sanguinem aut grumos mejat, aut urinã guttatim emittat, dolore ad hypogastrium seu pubem, et interfæmineum pertinente, quæ circa vesicam sunt laborant.

Commentarius.

Ex prædictis symptomatibq docemur colligere non modo vesicam sed etiam partes quæ circa eam sunt, malè affici; Nã ab ijs fieri potest ut sanguis manet, & in vesicam delapsus grumosus & concretus excernatur, & urinæ stilliadium eveniat, & dolor partes dictas molestet; scilicet imum ventrem, pecten, & interfæmineum. Et aliud est vesicam laborare, aliud solam vesicã laborare. Hic igr per circa vesicam intelliguntur partes supradictæ.

APHORISMUS LXXXI.

Si quis sanguinem, aut pus, aut squamulas mejat, & grauis odor adsit, vesicæ exulceratio significatr.

Commentarius.

Rursus in præsenti aphor: vesicæ ulceratæ notas scribit. Hæ sunt si sanguis & pus mingatur, quibq ad distinctionem addit squamulas, & gravem urinæ odorem. Dixim q mictum sanguinis & puris communes notas esse ulcerum renum & vesicæ. Squamulæ v. non excernuntur à renibq, sed a vesica aut vasis sanguinem conficientibq, quod de furfurib. dictum est aphor: 77. Quo loco distinctionis grãa adjecit crassam urinam, ad significandum malum non esse in venis: quod in præsenti loco foret satis: Verum

eo additamento non est opus, quoniam addit gravem odorem qui puri vesicæ est peculiaris. Squamæ à furfuribg latitudine differunt, ac crassitudine dicente Gal: l. 1. de crisi de furfuraceo sedimento loquens; Quantam v. furfures cum crassitudine habent parvitatem, tantam squamis similes latitudinem ac tenuitatem obtinent. Odor itaqz gravis pus quod à vesica excernitur, quãvis bonum ab alijs separat. Cum enim vesica membrum exangue sit, pus non gubernatur uti in alijs partibg, sed facilè fætorem assequitur. Ac proinde Hipp: l. 2. prog: de vesicæ inflammationibg loquens dixit. Solvit v. morbum urina quæ purulenta mingitur, album ac leve habens sedimentum, duas conditiones scribit boni puris à vesica excreti, cum tm̄ 1 prog: 38. quatuor scripserit dicens. Pus optimum album esse debet, æquale, ac leve, ac minime fætidum. Hoc postremum in vesicæ ulceribg non est sperandum, quoniam odor gravis vesicam ulceratam sciat, etiamsi pus bonum sit.

APHORISMUS LXXXII.

Quibus in meatu urinario nascitur tuberculum suppurato eo & rupto, solutio.

Commentarius.

Hic non tm̄ docet agnoscere tuberculorg in fistula urinaria generatorum solutionem suppuratione & ruptura, sed præterea id medium statim aggredi, quoties tuberculum in fistula urinaria, urinam impediens & dolorem inferens nascatr, ut citissime suppuret prædictum tumorem & aperiat ipsum. Dixit en tū̃ ἐν τῇ οὐρήθρῃ a scandum meatum penis.

APHORISMUS LXXXIII.

Mictus noctu plurimus parvam dejectionem significat.

Commentarius

Ubi unica substantia duobus impartiri debeat, si uni plurimum tribuatur, alteri parum superesse necessarium est. Humor a qui in potibus & alimentis continetur, totus in unam coit substantiam, cuius partem magis liquidam & magis aquosam jecur sugit, ac trahitur à renibus qui urinam percolant: quod v. non trahitur à jecore, per ventrem delabitur, & quo plus fuerit, eo copiosiorem atque humidiorem reddit dejectionem. Cum igitur urinæ multa mingitur, fæx minor ac durior redditur, & contra. Et quamvis id omni tempore verum sit, noctu magis patet, quoniam urina diutius retinetur in somno, & dejectio mane cum urina subit, & utriusque quantitas se magis ostendit.

HIPPOCRATIS APHORISMORUM SECTIONIS QUINTÆ

APHORISMUS I.

Convulsio ab elleboro lethalis.

Commentarius.

Convulsio motus est & contractio membrorum ad originem nobis nolentibus, qualis volentibus nobis fieri solet. Hæc trifariam fit, ab inanitione, repletione & per consensum. Convulsio a repletione frequens est & invadere ab initio solet nervis & musculis humore plenis. Secunda fit iisdem inanitis ut multa videmus contrahi a siccitate, ut coria & testudinis fides. Tertia fit punito aut morso nervo, aut nervosa quapiam particula. Jam igitur hausto elleboro albo, (quid hic intelligitur) vomitus commovetur, & inde convulsione quandoque. Nam convulsio per consensum fieri fit, quoniam elleborus i-

ipse mordet nervos ventriculi, inde vero compatiente cerebro per sextam nervorum conjugationem corpus convelli contingit. Quod fieri quoque solet tracto bilioso humore, qui pari modo mordeat, & inde convulsionem concitet. Quandoque fit convulsio elleboro bibito ex inanitione, aut siccitate nervorum, a calore & siccitate ellebori; aut tracta & siccata humiditate nervorum à medicamento ut purgante. Atque de hac convulsione quae fit ab effectu siccitatis dicit esse lethalem, sive ab elleboro fiat, seu ab aliis medicamentis.

APHORISMUS II

Convulsio à vulnere perniciosa.

Commentarius.

Huiusmodi convulsio mala admodum est & periculosa; quia fit convulsio ex vulnere inflammato ipso, & nervosa quapiam particula, cui cerebrum consentiat, unde convulsio excitatur. Significat igitur malum ad id pervenisse ut cerebrum & nervosum genus consentiant vulneratae parti.

APHORISMUS III.

A Copioso sanguinis fluxu convulsio aut singultus malum.

Commentarius.

Quemadmodum convulsiones fiunt tribus modis ita & singultus, nam quidam fiunt a repletione, quidam ex inanitione, alii propter morbum à causis acredine sua moventibus os ventriculi ad singultiendum. In omni tamen singultus specie ventriculus commovetur ad excutiendum quod nocet, sive quod implet humor, aut flatus, aut simili modo à sicca intemperie, quatenus corrugato ventriculo, aut tentanto ipso causam mordentem propellere. Quando igitur sanguis multus effluxerit manifestis venis atque nervis & nervosis particulis prae

alimenti inopia siccatis, talis fit in nervis & ventriculi o:re affectus, quales convulsiones ab inanitione quas imme:dicabiles alias diximus. Ea de causa singultus qui immodicas sequuntur vacuationes, qualis est fluxus sanguinis, malos esse dixit.

APHORISMUS IV.

A super purgatione convulsio aut singultus malum.

Commentarius.

Purgante sumpto medicamento aliquando accidit ut æ:ger non tantum eum quem nos intendimus humorem, & ea quan:titatem evacuet; sed alium simul cum illo, & eum majo:ri copia. Inde vero convulsiones fieri & in stomacho singultum notissimum est. Evenire autem hoc solet cum pur:gans medicamentum usque adeo invaluit ut in vasorum adve:rtem pertinentium osculis, mordicationem, apertionemque mul:tam relinquat, assidueque convellens corpora quæ in vasis sunt, vires dissolvat atque dejiciat. Et hoc est quod vult per superpurgationem.

APHORISMUS V.

Si ebrius quispiam derepente obmutescat convul:sus moritur nisi febre corripiatur, aut qua hora crapula solvitur, vocem recuperet.

Commentarius.

Illi ebrij tantum sunt in mortis periculo quorum ebrietas ner:vos & nervorum origines occupavit, ut ducat ad sensus & mo:tus privationem. De qua agit Hipp: dicens Si ebrius quispiam derepente obmutescat, h. e. sensum & motum amiserit, sine manifesta aliqua causa alia a vino. Nervis autem vino plenis unum trium fieri solet, ut calor nativus vino quoque adjutus

vinum ipsum a nervis discutiat, & vox redeat sano hore, ad horam qua solent crapulæ solvi; quæ non est una in omnibꝫ, sed pro vini & caloris copia, & meatuum amplitu= dine & angustia, & aëris ambientis caliditate diversa. Aut vinum solvetur superveniente febre, quæ solet succos in corpore redundantes coquere, & discutere, ut & multas convulsiones sanare, & stupores. Aut si nullum horum ebrio accidat ut moriatꝫ convulsꝫ, a multitudine vini & excrementorꝫ crassorꝫ, qui simul cum vino nervos invaserint contractis musculis ad originem patiente quoque cerebro.

APHORISMUS VI

Qui tetano corripiuntur, intra quatuordies intereunt: si vero hos superaverint incolumes evadunt. Commentarius.

Tetanus tensio latinis est, aut totiꝫ corporis aut alicuiꝫ tm̄ particulæ, per quam ante & retro membrum aut totum ipsum corpꝫ contrahitur. Estqꝫ morbus peracutꝫ exacte, hicqꝫ terminum diem quartum. Est n. morborum omnium idem terminꝫ ad salutem & ad mortem autore Hip: 3 progn: Quare qui tensionem patitur exitiosam, morietur intra quartum, & qui salubrem intra quartum liberabitur. Id vero considerandum morbos acutos terminum hr̄e diem decimum quartum, nonnunq tn̄ terminum hunc pertransire & delabi in vigesimum, aut pp diminutam aliquam judicationem, aut quoniam aliquem diem aut plures habuit, qui non fuerunt ejus afflictionis quæ morbo responderet. Quod in morbis exacte peracutis quoqꝫ verꝫ est, nam etsi quarto finiri debeant: quandoqꝫ cum spe salutis, & in meliꝫ facta commutatione decidunt in quintum, aut in septimum. Exemplum e 1. de morb. pop: par: 3 Ira=

sing qui morbo acutissimo laborabat, & quinto judicatus est, quoniam diem unum mediocriter habuit.

APHORISMUS VII.

Epilepsia ante pubertatem amotionem recipit post vigesimum vero quintum annum, ferè comitatur ad mortem usq;.

Commentarius.

Loquitur Hipp: de morbo comitiali per essentiam, quiq; à crassis & frigidis humoribq fit, is n: mutatione ætatis à pubertate in juventutem curari solet; non ille qui fit per consensum bile occupante ventriculum atq; fumante in caput. nam hic nullam recipit mutationem, sive curationem, cum ab ætate minq sicca in magis siccam fit mutatio; & ab ea in qua minq abundat bilis, in eam qua magis. Cæterum comitialis morbq a pituita ortus multas hit curationis vias, uti & multa sunt caœtq gña quæ possunt humores frigidos ac crassos concoquere, & dissipare. Sunt a. hæc victq exsiccans ex alimentis, exercitationib. aëris temperatura sicca, & ætas talis. Dixit ferè comitatq &c. quia Epilepsia hit alios modos qbus pt curari præter ætatis mutationem; hanc tñ esse maximam, qua nisi curetur ad mortem plerumq; comitatur.

APHORISMUS VIII.

Qui pleuritide laborant nisi intra dies 14 superne repurgentur, ijs in empyema fit mali translatio.

Commentarius.

Si pleuritis quæ morbq acutq est, non purgetq intra 14 dies, qui sunt acutorq morborum terminq, in suppurationem transmutatur. Aut n: finitur ad salutem, aut ad mortem, aut

mediam quandam recipit mutationem. Si purgetur sputo rejecto sanatur: si morbus ingravescat & vires ipsum non ferant, cum signis talib. morietur; Si medio modo processerit febre perseverante & dolore vexante, neqq purgatione per sputum, aut purgante medicamento bibito, aut sanguinis missione, & reliqua victq ratione cessantib. sciat quod suppuratur, inquit, prog: 52. lib. 2. Suppurari a. est humorem in inflammatione collectum in pus transire.

APHORISMUS IX.

Tabes ijs maxime ætatibus fit quæ a decimo octavo sunt anno ad tricesimum quintum.

Commentarius.

Tabes aliquando pro quavis consumptione, hic v. pro ea quæ est cum ulcere pulmonum, accipitur. Hanc maxime fieri dicit ætatib. quæ sunt à 18 in 35 annum. Sunt a. hæ duæ adolescentia a 18 in 25. & juventus à 25. in 35. Evenit autem idem malum in illis ætatibq quæ & sanissimæ sunt, & minime morbis obnoxiæ. Verum ut Gal: docet in com: 29. sectionis 3. non ratione ætatis sed ex accidenti ob malam victq rationem talia eis eveniunt, & ut Hipp. dixerat senes juvenibq magna ex parte minq ægrotant. Temere n. vivunt, luctantes, salientes, vociferantes, humi cubantes, veneri indulgentes, immodice edentes & bibentes, jam vinum meraciqq jam aquam frigidissimam; Quib. adde cum Philotheo adolescentes multo sanguine abundare, qui sit accedente valido quopiam motu, aut labore, venas pulmonis rumpere; uti & juvenib. copiam bilis quæ valeat easdem erodere.

APHORISMUS X.

Quibus ex angina in pulmonem mali fit conversio ij intra dies septem moriuntur: si vero hos effugerint purulenti evadunt.

Commentarius.

Anginarum diversæ sunt species et progn: ex quib. saluberrima est ea ~~quæ~~ per quam inflammatio aut erysipelas relinquens partes gutturis in thorace & cervice se ostendit, & ab hac magna ex parte liberantur, nisi inflammatio aut erysipelas intro recurrat. Tunc enim humor a thorace & partib. extimis transfertur in intimas & ipsam pulmonem. Nam si tumor ab ijs partibus recurrat & evanescat, in pulmonem potissimum transmutatur, tum quoniam pulmo laxa admodum pars est, tum quoniam perpetuo motu agitatus ad se trahit ex proximis partibus succos abundantes. Quando ergo ex angina liberatur, & fit ut in pulmonem mutetur humor, morietur æger intra septimum, quoniam transit angina in pulmoniam quæ breves habet limites, & intra septimum solet occidere aut finiri ad salutem ob loci calorem & cordis propinquitatem. Sed fit aliquando ut morbus alium habeat exitum, & suppuretur. At vero quemadmodum in morbo laterali, ubi non purgetur per sputum est speranda suppuratio post diem 14. Ita in pulmonia post 7. quoniam acutior est pleuritide.

APHORISMUS XI.

Qui tabe vexantur si sputum quod extussiunt, carbonibus injectum grave olet, & capilli defluunt perniciosum.

Commentarius.

Duo signa lethalia sunt in tabidis fœtor sputi hic n: malam putredinem & sputi purulentiam docet. Vult a. experiri si prunis superfundatur tunc enim gravem mittit odorem; quia cum odorata ab igne in exhalationem transeunt majorem odorem ostendunt, quamvis ad finem ignis omnia dissipet, quod puri aut sputo tabidi evenit; nam quamprimum igni admoventur suum fe-

rorem pandant, & deinde totum in vaporem exspirat. Alterum inditium sumitur a capillorum profluvio, cuius caa est aut succorum pravitas, aut alimenti inopia; succorum pravitas magnam ostendit corruptionem cum ad pilorum defluvium deducit. Alimenti v. inopia summam consumptionem induat.

APHORISMUS XII.

Quibus per tabem capilli defluunt, hi fluxiōe alvi superveniente moriuntur.

Commentarius.

Galenus inquit fluxum alvi non tantum lethalem esse cū capillorum profluvio, sed ipsam mortem vicinam ostendere ut signum, quoniam ostendit magnam naalium facultatum imbecillitatem, & ut causam, quoniam fluxus ipsas amplius imbecillitat. Praeterea fluxus ventris sine capillorum defluvio lethalis est ex aphor: 14. sequenti, & pauci sunt qui fluxum ventris passi liberentur, siquidem febris quam patiuntur hectica est, & quae egeat refectione & attemperamento, non humorum de venis vacuatione. Verum cum post tantam inopiam, & humorum ac vaporum malitiam evenit ut capilli de capite defluant mortem proximam ostendet.

APHORISMUS XIII.

Qui spumantem sanguinem extussiunt iis ex pulmone educitur.

Commentarius.

Si quis pulmonis substantiam consideraverit ipsam carnem spumosam esse dicet. Dicit autem hic sanguinem spumosum tussi rejectum a pulmone educi, quoniam excrementa substantia sua locum patientem ostendunt. Neque tm̄ oportet semper sanguinem à pulmone rejectum esse spumosum, nam subito rupta vena in pulmone ex ictu aut vulnere sanguis spuitur qui spumosus n̄ est, sed ille tm̄ qui ulcerata pulmonis carne educitur.

APHORISMUS XIV.

Tabe detento profluvium alvi superveniens perniciosum.

Commentarius.

Commentarius aphorismi 12 huius sectionis sufficit ad dilucidam huius aphorismi explicationem.

APHORISMUS XV.

Qui ex pleuritide empyi fiunt si repurgentur intra dies quadraginta, a ruptione liberantur: alioqui transeunt in tabem.

Commentarius.

Prog: 53. & 54. lib: 2. meminit quarundam suppurationum q rumpuntur die septima; sed quoniam id rarum est, ideo progn: 57. dixit alias rumpi 20. alias 30, aut 40, aut 60 die, q intelligi debet computatione facta ab initio suppurationis uti docet prog: 58, dicens; Considerare a. oportet principium suppurationis fore, ratiocinantes à primo die quo homo febricitavit si quando primum rigor ipsum prehenderit, & si dixerit in parte qua dolore vexabatur, pro dolore pondere ipsum gravari. Haec n: in principijs fiunt suppurationum. Ex his igr temporibus rupturam suppurationum fore sperandum est praedictis temporibus. Quod si morbus lateralis 14 die suppurari incipit, in quibus deinde in 20. 40, aut 60 rumpuntur suppurationes, & rursus à tempore rupturae facienda est computatio purgaois, si 40 diebus a ruptura non fiat puris purgatio, jam tabes speranda est ex praesenti aphor: Caeterum ut non est unus terminus rupturae omnibus suppurationibus, sed distinctio sumenda est à natura humoris peccantis, à loco patiente, ab aetate, temperatura & anni tempore; ita distinctio est adhibenda ad definiendu

tempq futuræ tabis, neq unq debet omnibq statui. Si enim tabes futura est id fiet exulcerato pulmone, a pure quod non excernitur: sed ibidem retentum ac putrefactum erodit pulmonem: cum a. pus non heat in omnib. parem calorem, acredinem & erodendi vim, neq in omnib. temporibus & ætatibq: hæc ante omnia sunt distinguenda, & diversis dispositionibq diversus terminq assignandus. Quod vero Hipp: diem statuerit 40 terminum medium definisse putandum est, atq quibusdam citiq, quibusdam tardiq, tabem evenire post ruptam suppurationem voluisse, ubi pus non ante repurgetur. Quidam n: ante 40 incidunt in tabem non repurgato pure, quidam in ipso 40, quidam post ipsum.

APHORISMUS XVI.

Calidum frequentiore usu hæc invehit mala, carnis effæminationem, nervorum incontinentiam, mentis torporem, profusiones sanguinis, animi deliquia, ad quæ mors.

Commentarius.

Aquæ calidæ, frigidæq vires quasdam docet Hipp: in præsenti & quibusdam sequentib. aphor: ut com: 24. declarat dicens, Hactenq de aqua calida & frigida sermonem habuit Calida itaq aqua si quis sepiq ea utatur hæc adfert incommoda, carnium effæminationem, qui n: molles sunt effæminati dicuntur, quia fæminæ viris sunt molliores. Aqua a. calida qualis aqua balnei est cutem mollit, nervos reddit invalidos quando ad motum robur atq contentio exiguntur, quæ siccitas adjuvat; Mentis efficit torporem, quoniam cerebrum ipsum laxat aqua calida, conjunctam habens humiditate. Profluvia sanguinis sequuntur nimium usum aquæ calidæ tū

laxatis venarum osculis, tum dilatato humore qui in vasis continetur, ita ut contineri non possit; Animi deliquia sequuntur ad sanguinis profusiones, & spirg dissolutionem & vacuationem, adhæc vero mortem sequi certissimum est. Hic a: per aquam calidam temperatam intelligi testis est Gal: in comm: non justo calidiorem quia talis n laxat, sed adstringit ut patet in carnib. ollæ ferventi impositis, quæ initio duriores esse solent, quam essent antequam ei imponerentur.

APHORISMUS XVII.

Frigidum vero convulsiones, tetanos, nigrores et rigores febriles adfert.

Commentarius.

Hic aphor: de aqua frigida scriptg est; Hæc autem si quis ipsa utatur frequentig, ita ut eam ingrediatur aut ei superfundatur, hæc adfert incommoda, convulsiones corrigatis nervis, & ad originem retractis, quod fit aut quia frigg densat, contrahit, aut quia impedit dissolutionem excrementorg quæ congesta convulsionem efficiunt, aut ob utramqg causam. Dic etiã & tensionem quæ convulsionis spes est. Denigrationes etiam facit demortuo sci: calore nativo, atqg vitali spiu à quibg vividg color emergit. Rigores autem frigida aqua frequentig usa facit, quoniam calida ac frigida rigores efficere valent cum corpora vehementig offendunt. Febriles a: dixit siquide contracta cute ac constipata, quæ intus continentur non difflantur, ac proinde putrescunt & febres adferunt; ~~idqg~~ quæ rigores fere semper sequuntur; Ob malam etiam victus rationem fieri pt, ut frigidi succi acervantur, qui post commotos rigores non calefiant, neqg putrescant, ac propterea neqg febres adferant.

APHORISMUS XVIII.

Frigidum inimicum ossibus, dentibus, nervis cerebro, dorsali medullæ: calidum vero amicum.

Commentarius.

Postquam egit de malis quæ aqua frigida adfert, hic quibus partib. magis officiat docet, dicens inimica esse ossib. quia hæc sunt pauci sanguinis & caloris remissi; ita ut levi refrigeratione demoriantur. Dentes ossa sunt, sed sentiunt, ideoqz eos à numero ossium separavit. Nervos etiam lædit aqua frigida tum ob sensum qui facile patiatur, tum ob nativi caloris imbecillitatem, ob quam à levi frigore in ipsum incidunt frigidum. Cerebrum quoqz est frigidæ temperaturæ, & spinales medullæ, auctore Gal: primo de temperamentis prope finem. Sed summatim dicemq omnibq exanguibus particulis adversam esse aquam frigidam; Calidam v. utilem & convenientem quæ possit dictorum membrorum calorem servare.

APHORISMUS XIX.

Quæ perfrigerata sunt excalefacere oportet, præter ea quæ sanguinem profundunt, aut sunt profusura.

Commentarius.

Contrariorum contraria esse remedia axioma medicum è universaliter verum, & perpetuo servatur; Quamvis quibusdam imponat, quod intelligant in aqua intercutem medicos uti exsiccantibq, & si æger febre laboret, & in febribq biliosis scammonio uti, & in febribq pituitosis calefacientibus & detergentibq. Verum in complicitis judicatioib. aut diversorum morborum, aut morbi caæ, nihil obstat complicitas esse curaois rationes, atqz remedia diversa; Ita perpetuu

est refrigerata omnia egere calefactione, ut in proprium statum reducantur sublato frigore. Sed fit quandoque ut alter affectus coniungatur, qui cogat ad celeriorem curationem, & ut dimissa priori curatione tentemus partem refrigeratam non tantum non calefacere, sed & refrigerare. Ubi cum a parte refrigerata sanguis fluit, aut fluxurus est, refrigeramus enim ipsam fluxum præsentem sistentes, aut futuro prævidentes: Maius n: intelligimus imminere malum à fluxu sanguinis quam a refrigeratione, præsertim cum ipse fluxus refrigeret. Permanet sanè invariata axiomatis vis, refrigerata esse calefacienda, occasio tamen non semper manet, sed quandoque alteri postponitur ex præceptis artis.

APHORISMUS XX.

Frigidum ulceribus mordax, cutem obdurat, dolorem insuppurabilem facit, nigrorem inducit, rigores febriles, convulsiones et tetanos.

Commentarius.

Aqua frigida mordet ulcera comprimendo, sicuti calida disgregando, utramque n: potest divellere partes quas subierit; non subit vero nec penetrat duras partes & quæ cute densiore teguntur; Frigidum tamen penetrat oculos & nares, & partes ulceratas, quarum particulas ita comprimit, ut ab alijs sibi coniunctis separentur. Hæc a. divulsio sensum mordentis præbet; Obdurat cutem quia partes quas non penetrat, comprimit & exprimit unde duriores redduntur, tum expresso humore, qui ipsas reddebat molliores, tum unitis partibus & appressis. Dolorem facit in-

suppurabilem, quia quæ refrigerantur, inepta redduntur suppurationi, quam facit calidum natura sua. Sed dixit dolorem insuppurabilem, ut per dolorem causam doloris significaret ut in aphor: 6. sect: 4. dicens Quicunque aliqua parte corporis dolentes, dolorem ferè non sentiunt iis mens ægrotat; reliqua supra exposita sunt.

APHORISMUS XXI.

Est tamen ubi in tetano sine ulcere, juvene eusarco, æstate media, frigidæ larga profusio calorem revocat, calor verò morbum solvit.

Commentarius.

Aqua frigida per se quidem refrigerat, sed per accidēs calefacit, refrigerādo sci: partes externas dum calorem intrò pellit; quo modo dixit 1. aphor. 15. de aëre ambiente hyeme & vere ventres calefieri sua natura. Nõ ǫ̃ omnes ventres hyeme calidissimi sunt, sed illi tm̃ qui adeo validi sunt ut possint resistere frigori ambientis: illorum enim calor intus revocatur, aliorum autem vincitur, penetrante frigore intimas partes corporis. Sic aqua frigida large profusa aliquando revocat calorem, & inde tetanus curatur ex accidente, quatenus sci: perfusio frigidæ revocat calorem, ad interiora, calor autem hæc sanat. Calor n: auctus per se coquit ac discutit humorem efficientem tensionem; frigiditas v. auxit calorem ex accidenti nempe revocatione caloris, ideoque dr̃ per accidens curasse tetanum: Et ut languidus calor aliquando superatur a frigore ambientis, ita larga profusio frigidæ non in omnibus curat tetanum, sed in tensione quæ est sine ulcere, & juve

quia aqua frigida, ut dixit, ulceribus mordax est. Decet tamen juvenem esse eusarcum & valde robustum, ne ab aquæ frigidæ larga profusione vincatur. Pueri n: propter humiditatem & mollitiem, nec senes ob caloris defectum, eam ferre non possunt. Εὐσάρκος esse debet, quos Celsus quadratos vocat, quia graciles defectu adminiculi & propugnaculi, facile à frigidis vincuntur, obesi v. pituitosi sunt & venarum angustarumque paucique sanguinis. Nec hæc sufficiunt tempus enim commodum eligendum etiam est; nam hyeme nemo feret largam aquæ frigidæ perfusionem; feret autem æstate media. Tunc n: alijs adjunctis conditionibus aquæ perfusio revocat calorem, is vero roboratus tensionem curat, resolutione & coctione humoris qui tensionem facit.

APHORISMUS XXII.

Calidum suppurans in quovis ulcere, maximum securitatis indicium, cutem emollit, extenuat, dolorem lenit, rigores, convulsiones, tetanos mitigat: capitis gravitatem solvit: ossibus fractis plurimum prodest, maximè si nudata sint, multoque magis in capite. His etiam prodest quæ moriuntur aut ulcerantur à frigore: herpetibus denique exedentibus, sedi, pudendo, utero, vesicæ, calidum amicum & decretorium, frigidum inimicum & interimens.

Commentarius.

Hic de aquæ calidæ utilitatibus agit dicens; Aquam calidam habere suppurandi facultatem, quia teste Gal: 5 de simp: medic: facultate, quæ suppurant nobis sunt similia, & quæ

id facere valent quod calor noster nativus, cujus munus est coquere & suppurare; Calor autem nativus calidus est & moderatè humidus; qualis etiam est aqua modice calida. Ad suppurationem itaque confert aqua temperata, hæc n: quatenus nostrum calorem juvat & attemperat, coctioni adminiculatur, idque facit in ulceribus quæ suppuratione egent, non in omnib. quoniam quæ tentantur fluxione, & nimio humore abundant, non suppurantur antequam fluxio cohibeatur, aqua tamen calida concitat ipsam. Quod v. addit magnum indicium ad securitatem obiter dictum est & præter institutum. Sed ē verum nihil mali evenire solere ulceribus, à quibus humor coctus & suppuratus manat. Cutem emollire dicit, obduratur namque cutis ~~cutis~~ ut & cætera à siccitate aut concretione, aut impletione quæ potius renitentia est, utcunque tamen aqua teperatè calida valet adversus dura; Sicca n: humectat, concreta dissolvit, & laxat, Implentia discutit calefactione, & apertione pororum, sed id facit longiore perfusione. Extenuat crassam cutem, quin & crassos humores qui partē aliquam obsident externam. Lenit dolores, quoniam quæ temperata sunt in primo ordine calida, ea sunt anodyna, talis est aqua moderate calida. Rigores mitigat, siquidem rigor est totius corporis inæqualis concussio, quæ à causa mordente oritur: hæc v. si frigida fuerit calore temperatur: si calida & sicca ita ut mordeat & ad excretionem irritet, calore moderato & humiditate mitigabitur. Convulsiones vero & tensiones quam maximè juvantur calidæ perfusione: quia hæc vim ht laxandi & dissolvendi frigidos & crassos humores nervos implentes. Convulsionem v. a siccitate miro modo persanat, capitis gravitatem solvit simili ratione, quoniam humorem

gravantem dissolvit, & extenuat, atq; transponit quandoq; in partes inferiores. Praestat item ad fracturas ossium, maxime ad denudatas, & praesertim ad fracturas capitis cum ulcere. Quantum n: frigidum ulcerib; est adversum, tm̄ calidū est amicum, & in ossium fracturis quae cum ulcere fiunt valet ad suppurationem, & perfusa trahit alimentum ad ossis consolidationem, & ipsum ad penetrationem parat. In capitis tamen vulnerib. fracto osse & vulnerata carne, cerebrum, attemperatur calidae perfusione, alimentum ossa penetrat, excrementum attenuatur & resolvitur, & ulcus ad suppurationem perducitur. Partes a frigore demortuas calidae perfusio sanat, quia contraria contrarijs curantur, idem fiet ubi ulcerentur. Solemq a. perniones aquae calidae perfusione sanare. Herpetes exedentes juvat mitigaōe caāe, ne tam valide mordeat & exedat, partim etiam resolvit humorem biliosum. Ad sedem, pudendum, uterq & vesicam quoq; valet ea raōe, qua exangues partes calore juvantur, & frigore facile laeduntur. Atq; ita ad finem colligit partibq istis calidum amicum, frigidum vero inimicum esse.

APHORISMUS XXIIII.

In his frigido utendum unde fluit sanguis, aut fluxurus est, non eodem loci, sed ad ea loca unde influit, admoto; & si quae partium inflammationes aut deflagrationes ad rubrum sanguineumve colorem tedunt, recenti efflorescente sanguine, ijsdem ipsis adhibito: nam inveteratas nigrefacit: erysipelas etiam non ulceratum juvat, siquidem exulceratū laedit.

Commentarius.

Aqua frigida inquit confert fluxui sanguinis, si admoveatur non quidem parti à qua fluit sed circa ipsam, sive n: actu fluat sanguis a parte quapiam vulnerata, sive fluxusq speretur, aqua frigida confert admota, non parti a qua fluit aut fluxusq est, quoniam ulceratas partes mordet; sed circa ipsas ad prohibendam fluxionem, uti manu vulnerata brachio admovenda, ac circumligandi panni frigida madefacti. et si ab utero manet renibq & lumbis admovenda, unde defluit sanguis, non crueibq, nam sic sanguinem potiq ad uterum transmitteret, qui in crurībq cōtinetur, cohibentur enim fluxiones admotis repellentibq membris superioribq & quæ origini venarum sunt propinquiora, non extremis. Falluntur quoqz qui putant brachijs aut crurib. repente immissis in aquam frigidam cohiberi omnem fluxum sanguinis undecunqz fluat. Nam ex fluxu sanguinis ex jecoris imbecillitate, aut vasorum apertione notum est augeri eam dysenteriam, occursu aquæ frigidæ: Supra inflammationes quoqz & partes ardore vexatas, quæ rubræ sunt aut subcruentæ à recenti sanguine procedentes, frigidam admovemq. Quoniam attemperat & repellit, ideoqz dixit, recenti sanguine, ut tempq repellendi significaret nempe pprium. Nam inveteratas inflammationes denigrat; Videmq n: post inflammationes & cum ardore rubores nimium refrigeratos, post prima morbi tempora livere partes & denigrare indelebili macula. Valet etiam ad erysipelata quæ sine ulcere sunt, quoniam

hæc attemperat, & utraqz obest qualitate. Ulcerata v. lædit, est enim frigida ulceribq mordax.

APHORISMUS XXIV.

Frigida veluti nix et glacies pectori inimica, tusses movent, sanguinis profusiones et destillatioes.

Commentarius.

Frigidæ aquæ in extremo tales noxas scribit; Est a. in extremo frigida qualis est nix aut glacies: Affert oia mala de quib. egimq, & particulatim nocet pectori; videmq n: sæpè ex potu frigidæ homines incidere in respirandi difficultatem, & pulmonis arterias dirumpi, frig quidem à frigore veluti concretis, quæ deinde ad distensionem coactæ dirumpuntur. Inde tusses conante thorace causā nocentem excernere, atqz tussi vasa pulmonis dilacerātq ubi non cedant. Hinc sequuntq sanguinis profusiones vasis pulmonum ruptis. Præterea cum aqua frigida veluti nix cerebrum refrigeret destillationes tenuium & crudorq humorq fient, quæ in thoracem descendunt cerebro compresso a frigore, veluti spongia à manu. Potus aquæ frigidæ hæc & similia mala potest producere; si sci:fr frigida veluti nix aut glacies, ventriculum n: imbecillitat, & intestina, & vesicam, & nervos reddit admodum languidos, & dentib. stuporem infert, & gulam relaxat.

APHORISMUS XXV.

Articulorum tumores et dolores absqz ulcere, atqz etiam podagricos, & convulsiones magna ex parte fri:

gida largè affusa levat aut extenuat, ac dolorem solvit. Nam modicus torpor doloris solutionem adfert.

Commentarius.

Aquam frigidam valere dixit ad sanandos tumores & articulorum dolores sine ulcere, nam ulceratis non est admovenda ut supra docuit. Podagricos item dolores sanat & convulsiones, non tn̄ oīa talia sed plurima dixit sanare & extenuare; Nam supra dixit sanare distensionem sine ulcere, multam aquam frigidam ꝑfusam, sed ex accidenti revocato calore. Quod non in omnibꝫ fit, sed in validis juvenibꝫ, & quadratis, & æstate media. Sanat etiam alia ratione tumores, quoniam repellit humorem, qui cum confluit dolorem parti infert: Qua ratione eosdem extenuare rectè dixit; item dolores qui a calida caā fiunt, eam temperando & repellendo, & ut dixit mediocrem inducendo stuporem; qui dolorem solvit. Non quidem negans magnum stuporem dolorem sedare, sed quia frigida large perfusa, sed non supra modum, mediocrem inducit stuporem, & eo majorem inducere aut non erit necessarium, aut non nisi magno urgente usu & cautè tentandum; quia stupefacientium usꝰ sæpe ducit membra ad immedicabilem frigiditatem.

APHORISMUS XXVI.

Aqua quæ cito calefit & cito refrigeratur levissima.

Commentarius.

Hipp: docet nos unico inditio optimam aquam cognoscere, quod sumitur à facili mutatione ad calorem & frigiditatem. Quæ n: citò incalescit & citò refrigeratur, lævissima inquit est, non quod talis in lance minus ponderet, sed quod hypochondria minus gravet, ac per eadem citius descendat. Foret n: supervacaneum ex facili alteratione venari levitatem, quam in trutina examinare est facillimum. Agnoscitur item levissima aqua quam quærimus, quia carnes, herbæ aut pisces in ipsa faciliùs & breviùs quam in alia elixantur. Item docet eam omni sapore esse privatam, quam tamē dulcem appellant, quia gustui gratissima est. Elementorum n: ea est naā ut omni sapore & odore careant; excluduntur itaque aquæ nostræ omnes & stagnantes. Docet quoque ipsam esse translucentē & lympidissimam, quod ad visum affinet. Pluvialis omnium optima esset, nisi vim quandam astringendi haberet.

APHORISMUS XXVII.

Qui noctu bibere appetunt, ijs valde sitientibus obdormiscere bonum.

Commentarius.

Paulo antequam cubitum eamus sitimus, aut quia parum bibimus inter cœnandum, aut quia usi sumus vino meraciori, aut quia calida medicamenta ut piper & Zingiberum, cibis inmiscuimus, aut quia bilis ad ventriculum pervenit, sive salsus humor, aut ob calorem partium adjacentium. Sitis quoque aut est parva aut magna si parva non opus est bibere, siquidem somnus eam sedat, coctio ciborum & humectatione omnino ventriculi; potus a. faciet ut ventriculus non apprehendat probè cibos autore Gal: 7. de methodo medendi. Si tn̄ magna erit sitis bibere, non tamen multum, erit ex usu. Cæterum si sitis excitatur ob parvum potum, quod deest addere oportet ut cibus liquetur, & deinde is sufficienti humore-

elixetur, ne coinquinationem potius quam coctionem patiatur. Si is qui valde sitit usq est vino meraciori, aquam frigidam bibere debet, cui deinde dormire erit utile. Si medicamenta calida cum cibis ingessit, aut vinum valde dilutum aut aquam frigidam bibet, a quorum quovis juvabitur, & deinde à somno. Simile q. aut salsa pituita redundante potus aquæ, aut vini diluti pro consuetudine est utilis, & deinde somnus. Idem fieret ubi ubi partes adjacentes sitis essent suo calore. Hic n: docet Hipp: bibentibus aut non bibentibus somnum bonum esse ratione caæ, quoniam coquit, humectat, & mitigat sitim; & quamvis caliditatem aut siccitatem quæ sitis causæ sunt attemperat

APHORISMUS XXVIII.

Suffitus aromatum muliebria ducit; sæpius vero & ad alia utilis esset, nisi capitis faceret gravitatem.

Commentarius.

Sequentes aphor: de affectib. mulierum sunt usque ad 62. & in hoc docet suffitum ex aromatibus provocare menses suppressas; Plurimæ quidem hoc modo suppressiones sanantur sed non omnes. Sanat enim eas quæ a crassis humorib. obstruentib. uteri venas fiunt, & eas quæ a pororum clausione, & si uterus à frigore fuerit densatus, pariter ipsum laxat. Aromata n: calida sicca sunt, & magis ubi in fumum fuerint conversa, ac proinde penetrant, extenuant, & aperiunt poros uteri: laxant autem uterum suavitate quadam, quam nervosæ partes præsertim interna amant. Si v. ob calidam & siccam intemperiem eveniat, aut inflammationem, aut erosionem, suffitus ex aromatibus non conveniet. Foret autem utilis ad multa alia sci: ad omnem frigidam uteri & ventris intemperiem, nisi capitis gravitatem induceret, Implent n: caput per nates inspirato fumo, qui calidus caput tentat.

APHORISMUS XXIX.

Gravidas purgabis si materia turgeat, à quarto mense usque ad septimum, sed has minus: in recentiore verò aut maturiore gestatione, purgantia vitabis.

Commentarius.

Hic aphor: idem est cum primo sectionis quartæ, repetitur tamen hic quia de affectib. mulierum agitur.

APHORISMUS XXX.

Mulierem gravidam morbo quopiam acuto corripi, lethale.

Commentarius.

Morbi acuti quidam sunt febres continuas adjunctas ut sunt pleuritis, peripneumonia, phrenitis, lethargus, & causus, quidam febre carent convulsio, tensio apoplexia, oēs sunt lethales & periculosæ si mulieri utero gerenti eveniant. Quando igitur morbus acutus est cum febre mortem affert, tum ob febrem quæ infantem interimit, tum quia quantitas cibi conveniens esse nequit matri & infanti. nam cibus copiosus matrem interimet, quæ morbi ratiōe eget victu tenui; & si tenuis exhibeatur infans defectu alimenti peribit. Quid igitur in eo discrimine agendum erit ubi non sine manifesta noxa curari pt mater? Rx omnimodo esse utrique consulendum, ita ut victus talis instituatur, ut neutri manifeste lædat. Quod si fieri nequeat quin aut mater pereat cibi copia, aut infans inopia, melius erit matrem salvare quã infantem, qua salva possibile foret infantem salvare, pereunte tamen matre, perire infantem necesse est. Si v. morbus sit de acutis qui sunt sine febre, ipsi sua vehementia interiment fœtum & sæpe matrem. Hæ sunt caũæ cur acuti morbi leth:

APHORISMUS XXXI.

Mulier utero gerens secta vena abortit, eoq; magis si sit fœtus grandior.

Commentarius.

Gravidæ cum incidunt in morbos acutos, a sanguine ortos sanguinis missione egent; hæc v. non fit sine periculo abortus, quia sic privatur suo alimento; non fert autem infans in utero vel paucissimo tempore, a convenienti alimenti copia privari. Recte igitur dicit Hipp: abortum sequi phlebotomiam in gravidis, & magis quo fœtus major fuerit. Hic a. non intelligit nullo modo gravidis sanguinem esse ducendum, sed docet illis nisi caute & parce sanguinem detrahi debere.

APHORISMUS XXXII.

Mulieri sanguinem evomenti, menstruis erumpentibq solutio fit.

Commentarius

Omnem sanguinis impetum ad partem quampiam, aut qui per viam fiat quam lædat, convertere in partem alteram convenit. Convertitur a. revulsione aut derivatione, hæc per proxima, illa v. per contraria exercetur, veluti cum à superioribq ad inferiora convertitur. Hinc est quod menstruorum purgatio solvat sanguinis vomitum. Ubi n: mulier vomat sanguinem, nihil magis conducet quam ipsum convertere ad uterum, & menses descendere, qui causam revellent, & eande ut abundantem vacuabunt. Idq; arte procurandum ubi a natâ non fiat statuto purgaõis tempore, si trib. aut quatuor anteverbas dieb, aut malleolorum venas secare, aut scarificare crura.

APHORISMUS XXXIII.

Mulieri menstruis deficientibq, sanguis è naribq fluens, bonum.

Commentarius.

Quoties humor qui vacuari solet, retinetur, eundem alia via va:

cuari bonum erit. Retentis itaqz mensib. sanguinem cum alia via vacuari erit bonum, uti fluxu sanguinis ex narib. quamvis si per hæmorrhoidas vacuaretur præstaret. Quia a. fluxu sanguinis per nares sæpiq accidit suppressio mensib. ideo Hipp: hujq potiss: facit mentionem; Quando igr. menses contra naturam retinentur talis, aut similis aliqua vacuatio arte procuranda erit; Cæteris v. purgaõe non est opus; Vetulæ enim & saltatrices sanguinem abundantem non habent, ijs itaqz non retinetur, neqz eatum menses supprimi rectè dicemq.

APHORISMUS XXXIV.

Mulieri uterum gerenti si alvus multum fluat periculum est ne abortiat.

Commentarius.

Alvus nimium fluens duo mala affert utero gerentib. alimenti defectum & nimiam lassitudinem ex frequenti assurrectione ad desidendum. Hoc secundum notum est, sed primum ea raõe constat, quod sanguis qui præbet fœtui alitionem, ex quatuor humoribus constituitur, quorq si unq aut plures plus æquo vacuentur, alimentum fœtui deerit, id vero periculum adfert abortus uti diximq aphori: 31.

APHORISMUS XXXV.

Mulieri hystericæ, aut difficulter parienti sternutamentum superveniens bonum.

Commentarius.

Hic non agitur de ijs quib. chorion sive secundæ retinentur, sed de præfocatis. Has hystericas vocat, quas Gal: 6. de locis patient: c. 5. scribit trium specierum morbum pati. Quasdam sine sensu immobilesqz jacentes, cum obscuro & parvo pulsu, ita ut neqz percipi possit. Alias sentientes & moveri potentes, atqz integra ratione, verum animi defectione & difficili respiraõe laborantes. Alias præter hæc crura & brachia contrahentes. Huic affectui

si sternutatio superveniat bonum erit, quoniam humorem aut flatum qui præfocatõis causa est excutiet, & uterum ad locum suum trudet, ventris valida commotione. Quod si non superveniat sponte, arte ipsum procurare erit bonum. Si tamen sponte superveniat bonum signum erit, naturam valere, & ad sua munera redire significans. Difficile vero parturientibq juvat maxime sternutatio, partum movens, quatiens & provocans.

APHORISMUS XXXVI.

Mulieri menses decolores, nec eodem semper modo & tempore prodeuntes, purgatione opus esse significant.

Commentarius.

Mulierib. fiunt menses decolorati, idest non servantes rubrũ colorem & naturalem, si pallidi fiant, albicantes, lividi, nigri, virides, aut plurium colorq. Id v. pro ratõe humoris qui sanguini miscetur, bilis vid: aut pituitæ, aut melancholiæ, horum humorq causa præter coloris mutationem, accidit etiam, ut purgaões mensium non semper proveniant statuto tempore, sed aut ante aut post, pariter pro natura & copia humoris sanguini commixti. Bilis n: accelerat menses, pituita v. eosdem retardat, veluti & melancholiæ crassitudo. Mutant quoqq tempq consuetum menses ob uteri frigiditatem aut nimium calorem, & pp obstructionem aut vasorum nimiam apertionem, qui ad uterum sunt, sed horum caã color non mutatur, nisi temporis secessu sanguis retentq putrescat, & in aliam naturam eat. His non debetur purgatio, nam sive calor immodicq sive nimia frigiditas causa variationis temporis fuerit, attemperantibq est occurrendum, non vacuantib; sicuti ubi ob clausionem nimiam viarq, aut earq immodicam apertionem eveniat. Quamobrem mira quadam sapientia Hip: cum temporq varietate decoloratos menses conjũxit, ut firmum faceret quod dixit purgaõe indigere. Ubi n:

colorq mutatio fiat, humorq cum sanguine mixtio fiat, qui purgatione egent. Alia v. mensium suppressiones aliter curari debent. Dicimq tamen purgationem convenire mensibus decoloratis potiq quam variantib. tempq, decoloratis n. semper convenit: tempore variatis non semper.

APHORISMUS XXXVII.

Mulieri uterum ferenti, si mammæ subito extenuentur, abortus sequitur.

Commentarius.

Tribq de causis infans secundum naam prodit in lucem, postquam in utero perfectq est 1. quia calor cordis adeo increvit ut ampliq sine eventatione & refrigerio inspirato aëre vivere non possit 2. quod careat sufficienti alimento 3. quia uterq ipsum non capit ob magnitudinem, & loci angustiam. Quando v. cãæ hæ aut illarq aliqua accedit antequam infans ad perfectionem ducatur, pariter coactus in lucem prodire tentat. Quod fit ubi mammæ repente graciles fuerint, n. nullo antecedente morbo mammarq, ob quem graciles fieri debeant ut solent. Tunc in mammæ extenuantur ob inopiam sanguinis, ob quam fœtus alimenti defectum sentit. Siquidem cum mammis, infanti quoqq deest. quoniam mammis & utero sunt communes venæ per ventrem ascendentes, quæ oscula committunt osculis venarq per thoracem descendentium, a quib. mammæ sanguinem accipiunt. Cum v. infans inopiam alimenti sentit, calcitrat & disrumpit membranas, & abortum affert & aut interim moritur, & mortuq excluditur.

APHORISMUS XXXVIII.

Mulieri geminos ferenti, si altera mamma extenuetur, alterum abortu edit: & si quidem dextra mamma extenuetur, marem; si vero sinistra fœminam.

Commentarius.

Quando plures in utero continentur, unq magis dextræ parti

uteri respondet, alter sinistræ, atq; à venis illi parti respondentib. alimentum suscipit, et qui dextram partem uteri occupat alimentum accipit a venis quæ cum mamma dextra connectuntur, & qui sinistram ab ijs que cum sinistra. Quare si altera extenuetur & gemini contineantur, alterig sequitur abortus ejus vid: qui parti ejusdem mammæ respondet; ob defectum alimenti, dextra n. mares, sinistra parte fœminas plerumq; contineri dicetur aphor: 48.

APHORISMUS XXXIX.

Si mulier non gravida, neq; puerpera lac habet ei menstrua defecerunt.

Commentarius.

Post partum mirabili quadam naturæ lege qui ad uterum ferebatur fœtg alendi gratia, is ad mammas transmittitur. In partu sanguis vitiosg per uterum purgatur, purg autem in mammis alteratg & coquitur & in album colorem & lactis speciem mutatur, ut infanti sit alimentum. Octavo tamen & nono mense quibgdam sanguis ad mammas defertur qui ab alitione fœtg superest, & is in lac vertitur. Fit n. quamvis raro simili ratione, mensib. suppressis, ob causam morbosam, ut sanguis delatg ad mammas coquatur & in lac transeat. Vidimq puellam Burgensem cui suppressis mensibg lac mammis inerat; Medicg v. cui res fuit commissa (accusabatur n: ab hero) constantissime affirmabat ipsam gravidam esse quam ego coram hero & alijs defendi, fieri posse dicens, ut lac habeat mulier ex sola mensium retentione; Transacto autem tempore novem mensium illibatam virginem esse constitit, cui aliquib. postea diebg menses profluxerunt.

APHORISMUS XL.

Quibuscunq; mulieribg ad mammas sanguis colligitur, furorem significat.

Commentarius.

Hoc raro fit sed ut memoria dignum ab Hip: traditur. Quando
autem sanguis colligitur in mammis, indicat eam esse ejus mali-
tiam, ut ab eis vinci nequeat, quod fit quandoq; ob ejus siccitatem, &
acrimoniam, qualem h̃t sanguis melancholic⁹ ustq, qui in mammis col-
lectus & vapores in caput mittens furorem excitat.

APHORISMUS XLI.

Si scire velis an mulier conceperit, dormiturae aquam
mulsam potui dato: & si ventris tormina patiatur, co-
cepit; sin minq non concepit.

Commentarius.

Initio conceptionis quando venter nondum tumet, & menses aut no-
dum videntur detenti, quia temp⁹ purgat͞oi statutum nondum acces-
sit, aut quia suspitio est ob aliam aliquam causam supprimi, vias va-
rias tentare convenit dignoscendi an mulier conceperit, quarum unam
scribit praesenti aphor: dicens, ut mulsam bibat cum dormitura est
sed postquam coenaverit. Aqua' n' mulsa cruda, quam dari vult, fla-
tuosa est, cocta non item a qua ignis flatum discutit. Ex ejus potu
mulier tormina sentiet, si conceperit, ubi ipsam cum se ad somnum
converterit bibat: si vero tormina non senserit non concepit. Nam
mulieris quae [redacted] concepit uter⁹ contrahitur ut semen contineat; & os
ejus adeo clauditur ut neq; specilli acumen capere possit. Ad hanc
sequitur ut imae partes utero conjunctae, pariter cum ipso retrahãtur
de quib⁹ est rectum intestinum, & paulo longi⁹ à conceptione ute-
r⁹ dilatatur, ac comprimit aliquatenus rectum intestinum. Ad hanc
compressionem sequitur ut flat⁹ ab aqua mulsa levat⁹ non inveniat
exitum & devolut⁹ per intestina tormina inferat. Non tamen ita fiet
si non concepit, quoniam flat⁹ facile truditur inia parte non constri-
cta neq; oppressa. Ut igr̃ id experimentum vim habeat aliquid osten-
dendi, opus est ut mulsam crudam bibat mulier, ut conceptionem detegat.

Deinde ut eam bibat cum se ad somnum convertit, quoniam vigilia & motus solent flatus discutere, servantur autem per somnum & quietem. A cœna v. id accipere convenit quoniam ventre pleno flatus magis distendet ventrem & tormina magis fient, quam ventre cibis vacuo. Decet tamen ad experiendum prius omnem alvum affectum distinguere, & agnoscere causas omnes alias a potu mulsæ crudæ esse rejiciendas, ut verum sit indicium affirmatiuum, si tormina senserit concepisse: Nam & vir laborans ventris & intestinorum imbecillitate lumborumque dolores habens, bibita aqua mulsa cruda, sentiet ventris dolorem & tormina. Quod si tormina non sentiat, aliter distinguendum, nam posset calor validus admodum flatum insensili vacuatione dissoluere & mulier tormina non sentire quamvis in utero habeat.

APHORISMUS XLII.

Mulier grauida si marem gerit, bene colorata est: si fœminam decolor.

Commentarius.

Rem admodum difficile, & quam integre consequi puto ferè impossibile, tentat hic docere, quib. signis cognoscere valeamus mulier marem ne an fœminam conceperit. Si n: marem, inquit, conceperit bene colorata erit, sin fœminam male. Ratio est qui mas calidior est fœmina; & mulieres tunc marem concipiunt quando sunt calidiores, fœminam cum frigidiores. At v. calidiores sunt rubicundiores ac proinde coloratiores; grauidæ autem ad se ipsas debent comparari non ad alias, quæ sunt secundum naturam calidiores & coloratiores; decet quoque eas conferre sibi ipsis quando alias conceperunt, nam conceptio ex sua natura mutat aliquatenus mulieris colorem. Neque hoc verum est semper sed ut plurimum; quia quædam fœminæ quibusdam maribus sunt calidiores & robustiores; hinc validior motus infantis in utero non arguit semper necessario esse marem. Etiamsi cætera quoque signa adsint, tamen non erit certitudo ulla. Po:

namq; n: otā hæc conjungi, intra nonagesimum diem moveri, pulsum dextræ manq; validiorem ac duriorem esse, in dextra parte contineri, mulierem esse bene coloratam, incipere motum crure dextro, ventrem magis prominere, & accuminatum esse, & summatim talia sentire, qualia alias cum marem gestabat: non erit satis ut infallibile sit, si quis dixerit marem gestare. Quare viro prudenti etiam instantissime rogato expedit differre cōjecturam.

APHORISMUS XLIII.

Si gravidæ mulieri fiat in utero erysipelas, lethale.

Commentarius.

Erysipelas inflammatio biliosa est, a flava bile exquisita orta, vel à sanguine tenuissimo effervescente. Hæc ubi in utero gravidæ fiat, notum est quantum possit fœtum interimere, cum & febris acuta ipsum interimat. Adde quod uterus irritabitur ab erysipelate, adeò vehementer ut ipsum excludat, aut conclusum interimat. Cum & inflammatio uteri quæ proprie phlegmone dr̄, à sanguine orta, tum calore, tum etiam tumore, aut abortum commovebit, aut fœtus intq; conclusum, calore & compressione interficiet.

APHORISMUS XLIV.

Quæcunq; tenues præter naturam concipiunt, abortiunt mense secundo, priusquam crassescant.

Commentarius.

Quæ natura sua tenues sunt non egent incrassatione, sed quales sunt, tales ad partum servantur & fœtus servant. Sed cum tenues & extenuatæ sunt præter naturam, reductione egent ad naturalem statum, & per consequens opus hnt multo alimento, ut servari possint & augeri. Fœtus quoq; secundo à conceptione mense celeriter augetur, ad quod pariter opus est copioso alimento. Difficile autē est mulieri gravidæ tantam alimenti conficere copiam ut ad conser:

vationem suam, & augmentum suum & fœtus sit satis. Unde fiet ut mater tanquam validior sibi commodum arripiat, abortus vero sequatur fœtu alimento privato. Imo & valde tenuis etiã si talis sit secundum naturam non valebit alere fœtum, nisi crassior fiat adaucto sanguine bono.

APHORISMUS XLV.

Quæ vero mediocriter corpulentæ abortum faciunt secundo mense, aut tertio, sine occasione manifesta, ijs cotyledones lentore sunt plenæ, nec præ pondere fœtum continere possunt.

Commentarius.

Quædam mulieres raro, quædam nunquã fœtum ad perfectionem gestare possunt; hujus caũam abortus docet nos Hipp: invenire. prius habita distinctione An mulier crassa admodum sit ita ut compresso ab omento fœtu, cogatur abortire, aut admodum tenuis, ita ut præ imbecillitate fœtum alere nequeat; & si crassior fiat ob caũam dictam in aphor: præcedenti pariter abortiet, si tamen mediocri corporis habitũ. Sed rursus distinguere docet an ob caũam aliquam evidentem abortus eveniat, sive illa sit externa ut saltus, vociferatio, casus, tenuis victus, magna evacuatio arte facta, sive caũa sit interna, ut animi valida turbatio, ira, mœror, lætitia, febris valida, inflammatio, erysipelas uteri, aut tenesmus, aut mensium profluvium; aut magna vacuatio quævis natura facta: quib. demptis putare oportet si abortus secundo aut tertio mense fiat, acetabula uteri quib. fœtus est appensus, & per quæ alimentum ad uterum defertur, esse plena mucoris h. e. abundare nimia pituita, quæ ipsa implet, laxat & rupturæ parat, ita ut levi quavis occasione, vel sine ipsa, sed sola fœtus gravitate deorsum trahente disrumpantur. Istas ego soleo extenuante victu anteq̃ concipiant præcavere. Gravidæ n: præsidia adeo valida non ferunt ut ad evacuandam istam pituitam sint satis.

APHORISMUS XLVI.

Quæ præter naturam crassæ non concipiunt, iis uteri os ab omento comprimitur: Itaqȝ grauidari nequeunt, donec extenuentur.

Commentarius.

Crassæ non concipiunt priusquam extenuentur, quia in admodum crassis omentum comprimit os uteri ita ut non admittat semen præ angustia. Quæ vero talem fit corporis habitum non concipiet priusquam extenuetur, & cedat projecto semini. Aris: de partib. anim. c. 5. diversam adhibet rationem quare obesa animalia non concipiant, quæ mulierib. ut ee cõis; dicens, Sunt etiam obesa oia steriliora ea de causa sunt, quantum enim ex sanguine profluxisse ad genituram & semen debebat, hoc in adipem aut sevum sumitur, sanguis n: dum coquitur ad hæc transit.

APHORISMUS XLVII.

Si qua parte uterq coxæ adjacet suppurauerit linamentis curetur necesse est.

Commentarius.

Uterq quandoqȝ inflammatur, vergitqȝ inflammatio ad coxam & in inguine fastigiatur, & quandoqȝ suppuratur ac rumpitur. Quod si fiat necessum est ἐμμότον fieri, est autem ἐμμοτὸν linamentum, quod Hip: l. 6 de morb. pop: parte 4. μότωμα vocavit: Utrum a. ἐμμότον idem sit, aut linamentum contortumq ulceribq immittitur, aut id quod cum linamento miscetur non satis constat. Verum autem dixit, suppuratis & profundis ulceribus opus esse ἐμμότων .x medicamento quod cum linamento immittitur, aut ipso linamento quod immittitur. Sic n: ulcera profundiora, & quæ non omnino patent, curantur: quale erit si uterq in coxam vergens suppuretur & rumpatur.

APHORISMUS XLVIII.

Fœtus mares quidem in dextra uteri parte, fœminæ in sinistra potius.

Commentarius.

Tota ratio aphor: ex temperatura dextri lateris pendet supposito hoc fundamento mares fœminis calidiores esse; Quod si calidiores sint jure eos in parte uteri calidiore generari dicem. Est a. dextra pars calidior quia jecori adjacet, & quia sanguinem fit copiosiorem & quia validiq exercetur. Verum ad maris gnationem dextra pars uteri admodum conducit, quia teste Gal: 2. de semine & 14 de usu part: & anatome idem docet. Sanguis qui ad dextrum testem fœminæ trahitur, qui etiam ibidem in semen vertitur, & in dextram uteri partem funditur ad gnationem calidior est & purior, quam qui ad sinistrum trahitur: quoniã ille a vena cava trahitur, postquam emulgens vena dextra ipsum purgavit; hic v. ab ipsa emulgente ducitur impurq; Potiq autem dixit quia aliquando sed raro fit ut in sinistra parte mares contineantur, & contra.

APHORISMUS XLIX

Ad secundas deturbandas sternutatorio immisso nares et os manu obtura.

Commentarius.

Ex multis medicamentis ad secundas evocandas uniq hic facit mentionem; Si n: secunda remeatur a partu ut solet non raro fieri sternutatorium adhibere docet; & ut validiq quod voluntq faciat opq est nares & os apprehendere manibq & comprimere ne flatus exeat per hæc loca, sed coactq deorsum pellatur, & compresso ventre vehementi ac celeri motu propellantur quoqz secundæ. Docet experimentum id remedium ee præstantissimum: & opus esse brevi remedijs uti, ne mulieres interim putrefactis secundis febres

deliria, capitis dolores, tremores & animi deliquia patiantur, ab ore vero & naribus fœtidus odor exspiret scripserat hanc sententiam lib. 2. de morbis popularibus ad finem.

APHORISMUS L.

Mulieri si velis menstrua sistere cucurbitulam quam maximam ad mammas appone

Commentarius.

Requirit hic pro sistendis menstruis apponatur cucurbitula quam maxima ad mammas, ut validam faciat ab utero tractionem per communes venas mammis & utero. Nos non unam, sed duas cucurbitulas affigere solemus, non mammis, sed radicibus mammarum quod est parum infra mammas. Nam mammæ eas non ferrent absque dolore, eique supra positæ adferrent inflammationem forte.

APHORISMUS LI.

Quæ fœtum gerunt iis uteri os connivet.

Commentarius.

Conceptionis signum scribit oris uteri conniventiam, sive compressionem; quam pariter patiuntur illæ, quarum os uteri phlegmone aut scirrho laborat: sed distinguitur tumor à conceptione, quoniam in gravidis os uteri comprimitur, ac connivet, ita ut neque specilli acumen capere possit, sed sine duritie, in alijs cum duritie. Obstetricum autem negotium est digito immisso compressionem agnoscere sine vel cum duritie. Præterea gravidis conniventia illa est secundum naturam, aliæ dolent per inflammationes, & febrem patiuntur. Scitum v. præcessit phlegmone aut senshi gratur, menses non descendunt, deca mala afferunt quæ solent pati quibus menses præter naturam retinentur. Sed si os uteri clauditur quomodo fiet superfœtatio? R. Post conceptum quibusdam uterus constringitur valde, & hæ non superfœtant, eis vero quæ superfœtant non valde. Hinc Hipp: lib. de superf: superfœtant inquit, quare os uteri post conceptum clauditur nō valde.

APHORISMUS LII.

Gravidæ mulieri si lac e mammis copiose fluat fœtum imbecillum significat; si vero mammæ fuerint solidæ, validiorem fœtum indicant.

Commentarius.

Lac in mammis generatur secundum naturam postremis tm mensib. conceptionis; non tamen inde defluit nisi multum fuerit. Quandoqz tamen adeo multum est ut plurimum effluat, sed hoc non fit nisi cum fœtg paucum sanguinem trahit ad sui alitione. Probe igr colligit Hipp: si lac plurimum effluit, fœtus est imbecillg, utqz valeat parum ad alimentum trahendum, aut superandum, ac ppea paucum trahat, multum a. sanguinem relinquat, qui ad mammas confluens in lac transeat: & cum non possit contineri ob multitudinem defluat plurimum. Si vero mammæ solidæ .i. modicè plenæ, nec tamen obduratæ, sed firmæ saniorem fœtum significat: trahit n: quod sibi convenit & mammis relinquit quod satis est ad illarq soliditatem, quæ media dispositio est inter duras & valde laxas.

APHORISMUS LIII.

Quæ fœtum sunt perdituræ iis mammæ extenuantur: contra vero duræ si fiant, dolor aut mammas aut coxas, aut oculos, aut genua fatigabit nec abortient.

Commentarius.

Dixerat supra aphor: 37. Mulieri utero gerenti si mammæ repente graciles fiant, abortit. Modo vero si abortire debet mulier, mammas ante graciles habituram dicit. Cæterum ibi unum de multis signis scripsit, processitqz a signo ad effectus. Nunc vero à fœminis ipsis abortientib & ab ipso aborsa futuro ad signum procedit, idqz ut unicum atqz perpetuum statuit.

si mulier abortire debet mammæ ante extenuantur. Quod si rursus duræ fiant, inquit dolor aderit in mammis, aut coxis aut genibus, aut oculis, nec abortiet. Duplicem sensum hic et hæc litera teste Gal. in com: aut enim vult hæc evenire at non corrumpere fœtum si post graciles fiant duræ, aut ubi duræ fiant, quæ dispositio extenuatis est adversa. Hunc magis probant, ita ut sensus sit si fœtus corrumpi debet mammæ graciles fient. Duræ v. si fiant, non significant fœtus corruptionem sed dolor accedit mammis, retenta ibidem copia sanguinis, aut translata ad coxas, oculos, aut genua; ibi aderit dolor, & non corrumpet mater fœtum. Quamvis hæc non tollant quo minus aliquando ad uterum pellatur abundantia, quæ duras efficit mammas, & in ipso phlegmonem faciat, aut erysipelas & inde fœtus corrumpatur, verum si corruptio fieri debeat, quod fiat sanguinis abundantia ad uterum transmissa, non item duræ manebunt mammæ sed tenues fient quoniam mammarum gracilitas aborsum omnino antecedit.

APHORISMUS LIV.

Quibuscunque os uteri durum est, iis arctetur necesse est.

Commentarius.

Huic aphor: teste Gal: sequeretur meritò 51. ambo n. sunt de uteri connivenitia, ille quidem de ea quæ secundum naturam est, quæ sequitur conceptionem, hic vero de connivenitia quæ sequitur aut scirrhum aut phlegmonem: Distinguit has tactu: nam quæ conceptionem sequitur, secundum naturam & mollitiem nativam servat os uteri, quod instar stomachum uteri est. In connivenitia vero præter naturam durities adest, sive phlegmonem sive scirrhum sequatur.

APHORISMUS LV.

Quæ gestantes uterum febribus corripiuntur, et

vehementer citra manifestam causam extenuantur, eæ difficulter et cum periculo pariunt, aut abortientes periclitantur.

Commentarius.

Uterum gerentes quæ a febrib. capiuntur, si valde extenuentur, & absq; manifesta caā, aut parient cum difficultate & periculo, aut abortient cum periculo. Cum n: pravi succi in gravida abundant, aut efficiunt febrem vehementem, aut non talem, sed longam, & quæ sæpè videatur minor esse, & deinde redire ad majorem vehementiam: Id v. fieri solet quia nunq; satis purgantur eas febres patientes, cum non tolerent medta ratione abundantiæ; utroq; mō fit ut valde extenuentur in acutis & validis febrib. ob vehementiam, in alijs ob longitudinem. Idq; aliquando accidit sine manifesta caā cum sci: extenuatio sequitq; solam magnitudinem aut longitudinem. Quando v. caām aliquam manifestam sequitur, ut mediam vigiliam, fluxum ventris majorem &c. non opus est sequi partus difficultatem, aut aborsum cum periculo. Ubi igitur à febrib. capiuntur utero gerentes, & valde extenuentur vi febris. non alterìq; caæ, febris adeo vehemens est, ut ipsa abortire cogat, mortuo fœtu, à febris vehementia: Si v. febris non fuerit vehemens, extenuatio magna fiet temporis processu, & fœtus servabitur ad partum. Pariet autem cū difficultate & periculo; cum difficultate quia fœtus & mater languet, ut docet matris extenuatio longo tempore facta: āforum autem vires requiruntur ad pariendum. Pariet a. cū periculo ob eandem rationem, & quia languida non feret vacuationes quæ partum sequuntur sine periculo. Quod si ob manifestam aliquam causam de subitis extenuetur gravida posset brevi reparari ut Hip: dixit in prog: per diem

& noctem, neq; inde abortus aut partus cum periculo fiet quia mulier facile restituitur. Quando tn̄ utero gerens valde extenuatur, hic manifesta causa de dictis, necessum est febrem esse vehementem, a qua tali procedat extenuatio, aut longam, quorum prior adferet abortum, alterum, partum & utrumque cum periculo.

APHORISMUS LVI.

In fluxu muliebri convulsio & animi deliquium superveniens malum.

Commentarius.

Omnes immodicas vacuatões præsertim sanguinis, sequitur animi deliquium, & aliquando ipsa mors. Sequitur easdem vacuationes non raro convulsio, quam ex manitione factam dicimus, fluxus tamen muliebris sive fluxus menstruorum, sive albarum humiditatum sit, ubi immodicus fuerit, animi deliquia afferens & convulsiones, malum esse evidens est.

APHORISMUS LVII.

Menstruis abundantibus morbi eveniunt, & cessantibus ab utero, accidunt morbi.

Commentarius.

Innumeri morbi fiunt ab immodica fluxione mensium: nam sanguine supra modum vacuato, calor nativus languet & partes nobiles calore suo privatæ sua munera non perficiunt. Unde aqua intercutem manat, ventriculi intemperies frigida, & talis capitis & nervorum. Quod si menses retineantur, morbi quoque innumeri fiet. Nam sanguis qui purgari deberet, si in toto corpore retineatur, ibi aquam intercutem oppresso jecoris calore faciet, & in cute scabiem, lepram, & inflammationum oĩa gñã, & febres putridas. Sed inter est quoniam si menses fluant immodice, id fieri p̄t aut ob vasorum uteri immodicam apertionem, aut quia sanguis acris est, aut tenuis

& serosq, qui a toto corpore per uterum purgatur, in quib. morbi non habent ab utero ortum, ita ut a morbo uteri, malum communicetur corpori; verum & morbi per consensum fiunt, si menses non eveniant, tunc enim ab utero morbi fient. Quoniam mensibq retentis uterq patietur, ut solet scirrhum, aut inflammaoem, aut erysipelas, aut cancrum, à quibq morbi fient totiq corporis, per consensum ab utero. Hac de causa, si, inquit, menses immodicè fluunt, morbi fiunt, sed si retinentur ab utero fiunt morbi.

APHORISMUS LIX.

Ad recti intestini & uteri inflammationem purulentosqz renes accedit stranguria. Iecore vero inflammatione laborante intervenit singultus.

Commentarius.

Ad plura morborq gn̄a sequitur urinæ stillicidium: Tres tn̄ horum affectuum scribit modos, recti intestini inflammationem uteri inflammationem, & renum suppurationem. Nam urina strāgulatur ac guttatim descendit quoniam non continetur, aut quia facultas expultrix irritatur intempestive, aut compresso meatu urinario, ac reddito angustiori; Inflammatio recti intestini comprimit sua vicinitate os vesicæ, ac proinde cum facultas tentaverit urinam excernere parum ac sensim emittet. Intemperies v. quam inflammatio recti intestini inducet vesicæ, manifestum est posse debilitare facultatem retinentem mutato temperamento. Uteri tamen inflammatio simili modo valet, immutate temperamentum loci propinquitate accedente, valet etiam meatum urinarium angustiorem reddere. Quod tamen attinet ad renum suppurationem constat renum suppuraoē rupta pus mingi; pus a. bifariam efficit urinæ stillicidium acrimonia, siquidem mordet ac irritat intempestivè ad excretionem, & crassitudo facit obstructionem, ita ut nobis volentibq urinam excernere, aut quoniam gravat aut quoniā mordet, id sensim ac guttatim fiat. Quod vero in fine dixit ad je-

cordis inflammationem sequi singultum, verum est in insigni inflammaõe, tunc n: per consensum tracto ventriculo aut compresso concitatur singultg vide 7. aphor: 17.

APHORISMUS LIX

Si mulier non concipit & scire vis an sit conceptura, pannis circumtectam subter suffito: ac si odor corpg pervadere videatur ad nares & os usqg nõ sua culpa sterilem esse scito.

Commentarius.

Ratio hujg examinis sumpta est a communi omnium partium consensu, universum n: nostrum corpg autore Hip: lib. 6. de morb. pop: transfluxile & transpirabile; fumg E. qui ab aromatibg elevatur, penetrans os uteri (per infundibulum pudendo mulieris immissum, ampla parte carbones ignitos tegente, ne vapor extra permeet, & ad nares ducatur). ad os & nares perveniet tunc n: si mulier uterg & corpg sanum habet, ad nares ascendet odor: si tamen uterg frigidus est, sua frigiditate extinguet odorem, si siccus aut humore plenq, non pervadet odor, si corpg pravis succis plenum sit odor corrumpetur. Quapropter si penetrat non est sua culpa sterilis: Verum hoc bene colligitur a negaõe, non contra E. g. Si n: odor non penetret ad nares sequetur eam sua culpa sterilem esse; sed non sequetur eam non esse sterilem sua culpa si odor ad nares perveniat, quia fieri pt ut fumg pertranseat mulierem & tamen sterilis sit pp sanguinis tenuitatem, testium intemperiem, oris uteri aversionem ut in illis quæ cum magno labore pepererunt &c.

APHORISMUS LX.

Si prægnanti mulieri purgaões menstruæ cursum suum teneant, bene valere fœtum est impossibile.

Hic dicit si prægnanti copiose & repetito tempore menstrua fluant impossibile esse, fœtum esse sanum; tunc n: alimento suo privatur, & ea ratione sang esse nequit. Addit Galen: in fine com: Excretio quæ gravidis fit videtur ex venis quæ in co[l]lo sunt apparere, Nam ab inferioribus quæ in cavitate uteri sunt secundæ pendent; quare nihil per eas [illegible] in muliebrem sinu[m] excerni.

APHORISMUS LXI.

Si mulieri purgationes non prodeant, neq horrore neq febre superveniente, cibiq fastidium accidat, prægnantem esse putato.

Commentarius.

Menses retinentur mulieribus utero gerentib, & ijs quæ aliquo morbo laborant aut uteri aut corporis totius: Si retinentur conceptionis ratione, nihil mali sentiunt, aut parvas quasdam mutationes non morbosas sed neutras, quamvis quibusdam soleat malum augeri, & nonnulla symptomata afferre, præsertim picam, malaciam; cibo[rum] vero fastidium omnibus fere accidit & frequentia sputi. Quando v. retinentur morbi caa horrores accedere solent & deinde quandoq febres. Quod si retineantur sine horrore, aut febre, superveniat autem cibi fastidium, signum est mulierem esse gravidam.

APHORISMUS LXII.

Quæcunq frigidos ac densos uteros habent, non concipiunt, & quæ præhumidos habent, gravidari nequeunt, extinguitur enim in ipsis genitura: & quæ siccìores et æstuosos, nam alimenti defectu semen corrumpitur. Quæ vero ex utrisq mediocrem habent temperaturam, eæ fœcundæ sunt.

Commentarius.

Quamvis ob multas causas fiat ut mulieres non concipiant,

quæ in omni gñe morborum sunt, ut in compositione, unitate & in temperatura. Hunc tn̄ aphor: de solis intemperantijs quæ sterilitatis caæ sunt scripsit Hipp: Oīs n: intemperies impedit conceptionem, non tm̄ in fœminis, sed etiam in maribq ubi immodicæ fuerint. Nam intemperantiæ quæ non longe à temperamento distant, contrarietate emendantur. Frigidos itaqq uteros ac densos dicit non concipere; frigidi autem uteri densi sunt; fiunt n: tales à frigore non admodum parvo. Facit a. frigiditas ut semen non coquatur, & hebetat vim ejus qua alimentum trahere debet; præterea uterq frigidq densq impediet alimenti trahe ctionem. Humidus v. non concipiat quia nimiq humor extinguit semen, uti & terra palustris semina extinguit; & triticum in terram valde humidam sparsum, quamvis caulem & folia producat semen non feret; Dixit prœhumidos uteros quia pauca humiditas non efficit mulierem sterilem, sicuti neqq frigiditas omnis sed q durum efficit uterum. Frigiditas enim seminis fœminæ si pauca fuerit, conjuncta semini viri paulo calidiori emendabitur: sic & humiditas non valde excedens seminis fœminei, aut uteri ipsiq siccitate seminis viri emendari valet. Eodem m̄o in sicca & calida temperatura ea ratione dixit, quæ sicciores & æstuosos, utrumqs excessum significans, cum videlicet qui seminis contrarietate emendari nequeat, quales sunt temperaturæ valde labentes: tum p seminis viri vis non valeat uterum in eo extremo emendare, tam quod calidus uterq urit semen utrumqs, & siccus alimento privat semen sicuti & frigidus. Humidus tamen utrumqs semen tam fœminæ, quod continet, quam maris quod recipit, extinguit, & minime ipsum retinet. Has tradit Hipp: sterilitatis caās sine signis ad earq cognitionem, quæ ex totiq temperatura cognoscuntur, & ab excrementis quæ ab utero manant, aut non. Meminit a. unqs signi aphor 59. quem Galenus dicit post hunc fore ordine scribendum, in comment:

APHORISMUS LXIII

Similiter autem & in maribus: aut enim propter corporis raritatem spiritus foras dissipatur, ita ut genituram ejaculari nequeat: aut propter densitatem humor foras non prosilit; aut propter frigiditatem non incenditur, ut eo loci coacervari possit: aut propter caliditatem hoc idem accidit.

Commentarius.

Galeno non placet hic aphor: neque putat ipsum esse Hippocr: ob multas rationes: cum n: dixisset simili modo & in maribus, tenetur similes causas ~~esse~~ sterilitatis scribere in maribus eis, quæ in fœminis scriptæ sunt aphor: præced: quod non fecit: siquidem illæ ad temperaturas attinent; ut diximus, quæ sunt quatuor, hic non: præter id quod rara corpora sunt, calida & humida, & inde multo semine abundantia & fœcundissima. Deinde cum dicit ob densitatem non procedere humorem extra, cum locutus esset de corporis raritate: videbitur quoque accusare corporis densitatem; cum raritas ad poros referatur, sicuti & densitas, dixisset rectius angustiam vasorum eum transitum impedire. Quod deinde dixit ob frigiditatem non accendi semen recte dictum; sed non coacervari eo loco supervacaneum est: ac teneretur locum in quo non coacervatur explicare. Denique error magnus videtur; cum dixisset semen non accendi ob frigiditatem; addidit vel propter caliditatem hoc idem accidit, quod est aperte falsum.

APHORISMUS LXIV.

Lac præbere capite dolentibus, febriculosis, & quibus hypochondria elata aut murmurantia, ~~aut~~ et siticulosis malum; malum item quibus biliosæ dejectiones, febres acutæ, & copiosa sanguinis vacuatio facta est. Con-

venit vero tabidis non admodum febricitantibus, & febribus longis et parvis, si nullum ex supra di- ctis signis adsit, & præter rationem extenuatis.

Commentarius.

Lac inquit malum esse eis quibus caput dolet. Quamvis n. fa- cillime in ventriculo coquatur, ita ut ob eam quam h̄t cum chy- lo similitudinem ante coctionem à jecore trahatur, & infantes nu- per nati, qui nullum alimentum superare valent, lac probè superent: tamen inter coquendum vaporem multum à se mittit, cujus pars ca- put petens illud gravat, & sanis ipsis qui non admodum robustum ca- put habent, capitis dolorem infert. Valide febricitantibus lac ēt malum est. Natura enim lactis & partium diversitas (constat n: sero, butyro, & caseo) palam ostendit per omnem validam mu- tationem à cal̄a non natura, non coquente, sed potius alterante & validiusque mutante, corrumpi, ut ab igne in fumum mutari, & aere am- biente frigido acescere sit necessarium. Quod facit in ventre cali- do quidem quia amarescit, frigido v. quia acescit. Per magnas itaque febres amarescet & nidorosum saporem transibit. Nocet item hypochondria elata aut tumida habentibus, velutí cum in- inflammata sunt, aut erysipelas aut scirrhum patiuntur, quia per eas partes non penetrat, sed brevissimo spatio retentum cor- rumpitur, accedente mala partis affectæ temperatura. Murmu- rantia quoque hypochondria palam lædit, quia copiosus admodū flatus ab ipso levatur, qui hypochondria distendit. Sublata quoque hypochondria frigidam sciant intemperiem quæ in acorem lac mu- tabit. Sitientibus quoque nocet si magna sitis sit. nam naātem aut paulo majorem miro m̄o sedat; quoniam a valido calore magnam sitim faciente corrumpitur, maxime v. si bilis in stomacho con- tineatur, sitim efficiens. Malum quoque est biliosa dejicientib.

dejicientib: per acutas febres, siquidem tum ob immodicum calorem, tum ob bilis abundantiam facile corrumpitur lac, & in bilem transibit, & nidorem atq; amarorem, utriusq; a. noxae notum est, acutis febrib. & ijs qui biliosa dejiciunt. Deinde quib. affectib. lac conveniat scribit. Tabidis convenit qui vid: ulcus pulmonis patiuntur, detergendo sci: pus, & assolidando ulcq; addit tn̄ si non valde febricitent, quia ratoē febris putridae quae plerumq; sequitur lac non cōvenit. Convenit etiā febrib. longis & parvis, & praeter rationem extenuatis, tales sunt hecticae febres. Nam sunt parvae, & longae, & corpora per eas extenuantur, & cum febres parvae sint & extenuatio magna erit id praeter rationem. His itaq; lac convenire dicit si nullum ex praedictis signis adsit: .i. ubi non adsit febris vehemens, neq; talis sitis, neq; hypochondria elata, neq; biliosae dejectiones, neq; acutae febres, neq; plurimi sanguinis dejectiones praefuerint.

APHORISMUS LXV.

Quibus tumores in ulcerib. apparent ij non admodum convelluntur, nec insaniunt: quib. vero repente evanuerint, siquidem à tergo convulsiones & tetani accidunt: si vero à fronte, insania, lateris dolor acutus, empyema & dysenteria, si rubicundi fuerint tumores.

Commentarius.

Ulcera solent saepe conjunctas hre inflammaoes, ad eas vero sequitur ut pars ulcerata inflammetur, & tumorem praeter natam patiatur. Cum v. pars intumescit & humorem influentem colligit aeger neq; convellitur, quoniam non influit ad nervos, neq; insanit, quoniam non defluit ad cerebrum. Cum autem mat̄a aliquando adeo copiose influat ut & partem in tumorem elevet, & nervos

aut cerebrum occupet, aut utrumque, ideoque dixit ὁ πάλλα
non admodum, i. magna ex parte non semper convelluntur aut
insaniunt. Quod si tumores prædicti repente evanescant, mala fi
ent sequentia. Si ulcera anteriores corporis partes occupent
evanescentibus ipsis tumoribus offendetur cerebrum & fiet in-
sania, sive alia quævis delirij species. Aut lædetur thorax
& ab initio fiet dolor acutus costarum, hoc est pleuritis, & dein
de ad suppurationem versa empyema; aut tertio perveniet ad in-
testina humore ad ipsa decurrente & fiet dysenteria cruenta si-
ne ulcere intestinorum, ideoque dixit si tumores fuerint rubri, &
a sanguine missi. Fit enim ut sanguis a tumoribus ad intestina
conversus, & per ipsa excretus, eam difficultatem intestinorum
generet, quam videmus sine ulcere fieri solo sanguine dejecto.
Si vero fuerint retro ulcera cum tumoribus & repente evanes
cant offendent spinalem medullam & nervos inde vero convul-
siones orientur & tetani.

APHORISMUS LXVI.

Si magnis vulneribus et pravis tumor non appa
reant ingens malum.

Commentarius

Vulnera dicuntur a pravis distincta, illa quæ magna sunt ex
propria substantia, longitudine vid: latitudine & profundita
te. Prava autem sunt ob malitiam, ut quæ in parte consistunt præ-
cipua aut prope articulos. Magna igitur si fuerint atque etiam
prava dolorem habebunt conjunctum, & deinde fluxionem, &
ob ipsam tumorem. Quod si tumor non appareat signum est
tumorem in aliquam partem nobilem decumbere, ac proinde
ingens malum erit, quemadmodum ubi apparuerint sed re-
pente evanescant quod dixit aphorismo præcedenti, cujus
rei causam vide in commentario.

APHORISMUS LXVII.

Mollia bona, dura vero mala.

Commentarius.

De tumoribus de quib. in praecedenti aphor. dixit malum esse si non appareant in vulneribus, hic quam naturam sitos debeant docet, dicens. Tumores molles bonos esse, quoniam hi cocti sunt, & non admodum renitentes; Crudi vero mali sunt, renitentes & contrarij mollibus. Crudi quidem mali sunt, siquidem coctione perficiuntur: molles vero quia cocti, boni.

APHORISMUS LXVIII.

Posteriore capitis parte dolenti, recta in fronte vena incisa, prodest.

Commentarius.

Revulsionis ratione docet mederi doloribus capitis, qui sunt in parte posteriori, secta vena frontis recta. Sunt n. tres, quas in plurib. vel leviter collo compresso videmus. duae obliquae ad nasum per frontem ducuntur, tertia recta procedit à radice pilorum in nasum: in quib. tamen duae tm apparent quaevis recta dicetur. Sic n. Gal. lib. 6. de morbis pop: part. 2. Com: 30 exponens hanc sententiam dixit utrimque rectam confluere. Intellecta tn contrarietate locorum, quae est ante & retro, eam secare praecipit, quoniam juvat in capitis doloribus, posteriora ejus molestantib. Sunt a. in nostro corpore quatuor locorum contrarietates, ante & retro, dextrum, sinistrum, sursum, deorsum, intra extra. Atque cum antispasis h. e. revulsio exerceatur per contraria hanc praecepit quae fit ad inferiora ducto humore, posteriora capitis occupante. Non tn id videtur convenire dolente capite per consensum à toto corpore, siquidem ipso pleno, aut redundante in eodem sanguine, tutius est venam externam secare ab initio. Deinde eam quae est in fronte, ubi-

dolor ab humore fiat sanguinis missionem exposcente. Verum illud videtur dubium quod in præsenti aphor: revulsionem convenire velit humori qui jam obsedit partem. Nam aut humor confluit à corpore in caput ascendens, aut à jecore: neq[ue] n: aliunde venire solet, aut continetur jam in capite. Si fluit a dictis partib[us] in caput, non convenit venam frontis secare, sed eam quæ totum corp[us] evacuet: Si continetur jam in capite non ei conveniet revellere dicente Gal: lib. 4. de metho: med: sic si perpetuum est quod ab eo didicim[us], incipientem fluxionem ad contraria trahendam esse, fixam verò jam in laborante particula vacuandam, aut ab ipsa particula quæ affligitur aut à maxime vicina. Docet ergo vacuationem deberi humori qui continetur in ipsa laborante particula; ac perinde cum humor continetur in capite, vacuand[us] erit non autem revellend[us], cum jam nō fluat in caput, quod si fluat alia vena erit secanda. Aut ig[itur] vena frontis non est secanda, aut cum secabitur non secabitur revulsionis gr[ati]a, quia non secatur nisi cum humor jam in parte continetur.

APHORISMUS LXIX.

Rigores incipiunt mulierib[us] ex lumbis magis et per dorsum ad caput: sed et viris parte corporis posteriore magis quam anteriore, veluti ex femorib[us] et cubitis: indicio est cutis raritas, quam pilus ostendit.

Commentarius.

Fæminæ viris, partes posteriores anteriorib[us], extremæ intimis frigidiores sunt. Hoc postremum notum est: quoniam quo magis pars aliqua secedit ab origine & fonte caloris eo ē frigidior. Anteriores autem partes posteriorib[us] calidiores esse constat, quoniam in ipsis sunt venæ & arteriæ plures & majores. Præterea quoniam posteriores sunt ossuosæ & nervosæ,

& à partib. illis nervi originem trahunt. Accedit insignum ab Hipp: traditum: Cutis rara, ostendit a. hoc signum. Nam pilorum copia ostendit calorem, item & raritas, quemadmodu densitas & glabricies frigiditatem. Ex his post est aphor: qui docet mulierib. rigores evenire magis ex lumbis quoniam ibi valde sentiunt frigiditatem ob nervorum copiam, & per dorsum ascendunt rigores, qui conjunctam habent refrigerationem in caput, ut membrum exangue; Post mulieres quæ natura sunt frigidiores de viris dixit pari modo fieri, ut à posteriorib. magis quam ab anteriorib in ipsis incipiant rigores. Horrent corporis externa magis quam interna ut cubiti & femora.

APHORISMUS LXX.

Qui quartana corripiuntur, non admodum convulsionib tentantur; si vero prius tentati fuerint, supervenente quartana liberantur.

Commentarius.

Convulsiones quæ à siccitate fiunt non curantur supervenienti quartana, aut quavis alia febre: sanantur autem quæ fiunt ab humiditate replente nervos crassis, lentis ac frigidis humorib. Huius loci est aph: 26. 2. sect: Hi non admodum capi convulsionib. & non frequenter, quia contrarium aliquando fit. Quod si à convulsionib capti fuerint quartana supervenientе liberantur. Quam sententiam lib. 6. De morb: pop: part. 6. ita scribit. Qui a quartana capiuntur a magno morbo non capiuntur: Si vero prius capiantur & superveniat, liberantur. Habet autem hæc sententia firmissimum fundamentum, siquide calor ut Gal: in com: dicit crassos humores coquit, & rigor qui quartanam comitatur, excretionem efficit. Nullo a. alio auxilio opus sit crassus ac lentus & pituitosus humor, qui con-

vulsionem efficit, præterquam excretione, & coctione, rigor excernit, calor febrilis coquit. Quorum utrumque quartana facit, & multo melius quam alia febris, quandoquidem quartana præter id quod rigorem habet adjunctum, calor est non admodum validus sed diuturnus & securus. Hinc Hip: lib. 1. De morb: pop: part: 3 dixit Securissima a omnino, & facillima & longissima est quartana; Hæc siquidem non solum ipsa per se talis est, sed etiam ab alijs magnis morbis vindicat; per magnum morbum Epilepsiam intelligit; tum n: hæc quam convulsio a crassis humoribus fit. Caloremque febrilem coquere posse crassos ac lentos humores, augendo sci: calorem nativum, cujus officium est coquere, patet: quia calor temperatus a distemperato non juvari potest, quam a dissimili, qualis est piper, pyrethrum &c. Cum n: calor nativus raro superare queat humorem in scrofula contentum neque contentum in scirrho pituitoso; admota radice pyrethri aut pipere morbo, eidemque calefacta valde particula humorem incalescere, & attenuari, & deinde vinci à calore nativo, & suppurari.

APHORISMUS LXXI.

Quibus arida & dura cutis obtenditur sine sudore moriuntur; quibus vero laxa et rara, cum sudore moriuntur.

Commentarius.

Quamplurimi sunt qui juxta mortem sudant languente facultate retentrice, & accedente raritate cutis: In his tamen cutis humescit & laxa fit. Sunt autem alij quorum cutis ob densitatem non est pervia humori, sed arida, dura, & circumtensa est. Cum tamen morbi ratione morituri sunt, quibus cutis est circumtensa dura & arida, ij sine sudore moriantur; quibus v. cutis est rara laxa, ij moriuntur cum sudore:

licebit autem ex hac sentia sudorem producere in morituris, ubi prius probe perspectum habuerit Medicus, an habeat æger cutis raritatem & laxitatem, aut densitatem aut raritatem.

APHORISMUS LXXII.

Aurigniosi non admodum ventosi

Commentarius.

Flatus à calore præter naturam fit, sed non multum intenso. Non tamen generatur ex omni materia, sed ex humida & lenta magis. Morbus tamen regius ab humore bilioso fit, qui in jecore aut vesica fellis adeo abundat ut ad cutem cum sanguine delatus, ipsam inficiat bilis & auri colore. Quando tamen bilis adeo abundat calor validus est, qui non generat flatum, & materia generationis deest, quæ solet in flatum transire ut pituitæ. At vero fit nonnunquam ut simul cum morbo regio adsit pituitæ abundantia, a qua calor valebit flatū levare, ideoq; non protulit absolute sententiā sed cum additione dicens non valde: siquidem raro habent abundantiam abundantiam pituitæ, qui morbo regio laborant.

SECTIO SEXTA APHORISMORUM HIPPOCRATIS

APHORISMUS I

In diuturnis intestinorum lævitatibus, si ructus acidus superveniat qui prius non extiterit bonum est signum.

Commentarius.

Alimenta descendunt per ventrem aut omnino mutata, aut parum sed suam speciem referentia, aut quoniam intestina irritatur ad celerem excretionem, aut quoniam languidam sunt facultatem retentricem. Præterea acidus ructus ubi non sequatur acidam pituitam in ventriculo contentam, sequetur coctionem imperfectam, sed non omnino ablatam; quod in sanis quotidie experimur: estque par modus gravis ructus acidi in ægris. In lævitatibus v. intestinorum quæ ab acida pituita fiunt, ægri ab initio ructant acidum. In quib. nihil boni aut mali indicat, quoniam est de assidentib. non de morbis apparentibus, aut supervenientibus. Ac proinde Hip: dixit in longis lævitatibus intestinorum ructus acidus superveniens qui prius non erat signum bonum; Indicat n: coquentem facultatem non nihil agere, & ex parte coquere ac mutare cibos nec sui muneris omnino oblitam. Quandoquidem ructus acidus qui ante non erat ob extremam cruditatem, jam supervenit. Non adesset n: nisi coctio aliqua ex parte fieret, quæ ante nulla ex parte fiebat, quod bonum est & ab acido ructu significatum.

APHORISMUS II.

Quibus nares natura humidiores, & genitura humidior, ij minus prospera valetudine fruuntur: quibus vero contraria salubrius degunt.

Commentarius.

Ab excrementorum copia, ad securiorem sanitatem & magis firmam probandam recte procedit Hipp: humiditatum & excrementorum abundantiam agnoscere docens ex narium & seminis humiditate. Quibus enim nares sunt humidiores iis cerebrum abundat excrementosa humiditate. Quib. v. genitura justo humidior est totum corpus abundat excrementis, & humores non sunt probe cocti, neque tenue insensili evaporatione dissolvitur. qui vero tales sunt non admodum integra valetudine fruuntur, sed degunt insalubrius. Quibus tamen contra fit ita ut nares siccae sint, & genitura siccior, caput & universum corpus minus abundant excrementis, & sanguinis atque omnium humorum meliores fiunt coctiones. Nam per coctiones tenue dissolvitur, & reliquum crassius manet & minus humidum. Hi v. magis tuta sanitate fruuntur. Licet quidam morbi fiant ex intemperie sicca, innumeri tamen fiunt ex humorum abundantia, & putredine, ad quos natura humidior quoque paratior est. Cum dixit natura humidiores exclusit eos qui aliqua occasione tales sunt, iis n: non perinde insalubres degunt

APHORISMUS III.

In longis intestinorum difficultatibus cibi fastidium malum, & cum febre pejus.

Commentarius.

Difficultatib. intestinorum supervenit quandoque ciborum inappetentia, aut ab initio, aut postquam morbus factus est diuturnus. Ab initio quidem teste Gal: in com: quoniam bilis quae morbum efficit detersione intestinorum abrasione & ulceratione aliqua ex parte ad ventriculum defluit, bilis autem appetitum ciborum dejicit. Contingit tamen ut morbo diuturno facto cibos aversentur, quoniam demoritur animalis facultas quae cibos appetit, ore vid: ventriculi-

consentiente malo reliquorum intestinorum, aut quoniam ulcera intestinorum diutina, sordibus implent ora venarum, per quæ alimentum in corpus deducitur; impleta autem non tantum non trahunt a ventre & intestinis alimentum, verum cupiunt quod in ipsis gignitur rejicere in ventrem. Quod cum ita sit fieri nequit ut naturalis ciborum appetentia excitetur teste Gal: l. 1. de caus. symp: cum febre vero deterius est, quod febris inflammationem & putredinem intestinorum significet. lib. 6. de morb. pop: part. 6. habetur hic aphorismus.

APHORISMUS IV.

Circumglabra ulcera, maligna.

Commentarius.

Maligna sive mali moris ulcera sunt quæ difficile ad cicatricem perducuntur, quod multis de causis accidit, aut quia habent intemperiem conjunctam aut fluxionem. Quando igitur ulcera circumglabra fiunt, & pili qui in ea parte nasci solebant corrumpuntur, maligna ulcera sunt, & quæ fluxionem habet adjunctam pravorum succorum, aut intemperiem quæ succos ipsos corrumpat, ita ut deinceps pilos destruat eo modo quo in alopecia fit, sicut enim & plantæ lixivio, urina, aut aqua salsa irrigatæ pereunt.

APHORISMUS V.

Inter dolores lateris, & pectoris, cæterarumque partium, an multum intersit discendum est.

Commentarius.

Dolorum differentias considerare admonet Hipp: rem sane utilissimam ad dignotionem præsagium & curationem. Agnoscimus in doloribus speciem & magnitudinem; In specie vero an sit punctorius dolor an gravans, an distendens aut pulsans, an percutienti an stimulanti similis, & præterea an continuus an intermittens, ita ut-

remittat omnino, vel iterum redeat. Magnitudo v. intentionem majorem vel minorem dicit. Ex doloribus tamen quemadmodum ex actionibus, excrementis & corporis affectibus, & tumoribus cognoscimus passionem, & partem patientem, atque causam passionis, velut cum dolor pungit in partibus capitis, agnoscimus membranas infestari, atque causam esse calidum humorem, frigidus n: membranarum sensum obtundit. Cognita quoque dolores spe, quod morbus vigilias aut phrenitidem minatur aut præsentem ostendit. Hinc a totam curationis rationem pendere certum est. Præterea dolor gravans carnem & musculos laborare ostendit, & causam, multitudinem crassitudinem, lentorem & frigiditatem humorum. Dolor distendens non gravans ostendit flatum. Pulsans obstructionem aut compressionem arteriarum indicat. Magnitudo ostendit magnitudinem causæ acrimoniam, & acrem sensum: parvitas contraria. Repetitia per intervalla causam mittentem aut generantem esse, quæ generat aut transmittit. Magnum igitur interest nosse, quantum differant dolores laterum, pectorum, aut aliorum membrorum.

APHORISMUS VI

Renum et vesicæ vitia in senibus difficulter curantur.

Commentarius.

Renum passiones sunt lapis, obstructio, abscessus, ulcus & inflammatio; dolores in vesica fiunt ob ulcera, lapides, & urinæ ardores ac retentiones & inflammationes. Hi omnes morbi difficile sanantur præsertim qui ex ipsis fiunt diuturniores. In senibus autem i. qui 50 annum attingunt sanantur quidem difficillime morbi renum & vesicæ quoniam per has partes perpetuo deferuntur excrementa, quæ easdem irritant & laborare cogunt; Hinc lib. 6. de morb: pop: 7. dicit se non vidisse renum passiones curatas post 50 annum.

APHORISMUS VII.

Dolores ventris sublimes, leviores; non sublimes vero vehementiores

Commentarius.

Gal: in com: inquit per sublimes tumores non sciri eos qui sunt in partib. ventris superiorib., sed eos qui sunt externi . i . ij qui ad externam vergunt superficiem & extra peritonæum sunt. Non sublimes v. qui intra peritonæum continentur. Constat aut hos infestare ventriculum, aut jecur aut lienem, aut intestina aut vesicam, aut renes, aut uterus, aut ipsum peritonæum. Nullus autem tumor in his locis vacat periculo, quantum qui extra peritonæum consistunt.

APHORISMUS VIII.

Aqua inter cutem laborantib., ulcera in corpore facta non facile sanantur.

Commentarius.

Ascites & anasarca hydropis species sunt. In ascite crurum cutis quasdam bullas patitur, quæ disruptæ in ulcera transeunt fere immedicabilia; In anasarca v. in toto corpore, maxime a. in crurib. quoque ulcera fiunt. Quoniam tamen in anasarca tota caro humida est, & in ascite aqua ex ventre in crura diducitur, ulcera fiunt, quæ deinde tum ob partium inferiorum, tum ob fluxionem acrem difficile sanationem admittunt quæ ex siccatione perficitur.

APHORISMUS IX.

Latæ pustulæ non admodum pruriginosæ.

Commentarius.

Causa quare lati tumores minus pruriant inventu facilis est, siquidem calidi humores efficiunt tumores magis in acutum fastigiatos & frigidi magis latos & humiliores. Quare cum pruritus excitetur ab humorib. intra cutem detentis, qui exitum petunt, & calidi ad id magis urgeant, calidi quoque majorem concitabunt pruritum, & frigidi minorem; tum quia lati tumores majorem habent transpirationis locum, docent id variolæ & morbilli de quib. 3 aphor. 20 diximus.

APHORISMUS X.

Capite dolenti et vehementer laboranti pus, aut aqua, aut sanguis, per nares vel os, vel aures effluens morbum solvit.

Commentarius.

Dolores capitis fiunt cum humore, aut aqua, aut flatu, aut à sola intemperie. Intemperies non curatur vacuatione, sed alteratione, flatus discussione; Humores tamen & aqua eorum vacuatione curantur. Bilem sane purgatione, sanguinem, pituitam & aquam curat saepe natura vacuatione, quae fit per eas vias per quas natura solet succos caput infestantes vacuare, ut sunt nares, aures, palatum, & os. Aqua & pituita curantur aquae vacuatione per dictas vias. Sanguis tamen quandoque manet intra vasa, quandoque efficit inflammationem. Si intra vasa continetur curatur sanguinis fluxione per nares. Si extra vasa fecerit inflammationem ea suppurata & evacuato pure per loca dicta solvetur morbus.

APHORISMUS XI.

Melancholicis & nephriticis haemorrhoides supervenientes, bonum.

Commentarius.

Melancholia delirium est sine febre ab humore melancholico occupante cerebrum. Nephritis morbus est renalis, quem alias renum lapidem appellamus. His duobus morbis gratio miro modo auxiliantur sanguinis vacuationes per ora venarum quae sunt ad anum. Quoniam ita humor eos morbos efficiens expellitur; is vero est sanguis melancholicus, crassus & faeculentus. Evacuant autem haemorrhoides a renibus cum derivatione quae per proxima fit; á capite vero in melancholia fit revulsio cum vacuatione.

APHORISMUS XII.

Diuturnas curanti haemorrhoidas nisi una quaepiam

servetur, periculum aquæ intercutem, vel tabis impendet.

Commentarius.

Hæmorrhoidas recentes sanare funditusque absque periculo fit, antiquas v. sanare non sine periculo quod ab Hipp. scribitur. Id vero est incidendi in aquam intercutem aut in tabem; Humor n: melancholicus crassus & fæculentus, qui in jecore genitus per ipsas expurgabatur, clausis omnibus, neque una aperta servata, necesse est nativum calorem opprimi jecoris, a multitudine crassi humoris retenti, & ipsum sanguinis gravē frustrari, & inde aquam intercutem sequi, fuso humore in ventrem, aut in totius corporis ambitum. Quod si fiat, ut solet ad pulmonem transferatur, putrescēs ibidem ipsum exulcerabit, & tabem efficiet. Ac proinde lib. 6. de morbis pop: part: 3. à multis malis liberare hæmorrhoidas scribit, & importune curatas eadem adferre mala; cum inquit, Qui hæmorrhoidas hnt neque pleuritide, neque pulmonia, neque phagedena, neque furunculis, neque terminthis, neque forsan lepra, & forsan neque aliis obnoxii sunt: Curati vero importunè multi subitò his correpti sunt, & gravissimè. Aëtius putat non esse nrum unam servare hæmorrhoidam ex antiquis.

APHORISMUS XIII.

Singultu fatigante, sternutationes supervenientes singultum solvunt.

Commentarius.

Singultus ab inanitione sive siccitate eo modo quo convulsio sicca non admittit curationem, qui v. fit ab humore aut a sola frigida intemperie curari pt sternutatione. Ubi n: quis singultu molestetur sternutationes supervenientes à natura, vel arte factæ, causam si fuerit humor excutient: Si v. intemperies, notum est commotiōe & agitatione ventriculum incalescere. Sunt etiam singultus quidam a siccitate h.e. à cā sicca adstringente & acerba quod facere videmus mala cotonea, aut pyra acerba devorata quæ singultum commovent:

sanantur autem esu Zuchari aut potu aquæ tepidæ.

APHORISMUS XIV.

Hydrope detento, si aqua è venis in ventrem confluxerit, solvitur morbus.

Commentarius.

Non in omnib. Hyd. aquæ intercutem aqua continetur in venis, sed in ascite exudat à jecore intra peritonæum, in hac quoq; & tympania ventre tumente venæ inanitæ sunt, & universum corpg veluti tabe consumptum, in quibg non est sperandum aquam confluxuram in ventrem ex venis ut sanentur. Nam ut vides quamvis venæ omes evacuentur per ventrem in ascite & timpania non permde æger sanus fiet, manente adhuc aqua intra peritonæum aut flatu. Si tamen in anasarca aut hyposarca pituita aut serosus humor à venis retrocedens in ventrem vacuetur, morbi sequetur solutio; sed v. medicum imitari convenit arte.

APHORISMUS XV.

Longo alvi profluvio laboranti sponte vomitg superveniens morbum solvit.

Commentarius.

A contrario revellere impetum humorum fluentium præcipit Hipp. Contrarig autem est vomitus ventris profluvio, siquidem in contrarium ducit humores qui impetu quodam deorsum feruntur. Et quamvis vomitg valeat sanare fluxum recentem ventris, diuturni fuit exemplum Hip: quoniam hanc curaois speciem voluit Medicum imitari, quod facere non convenit in recentibg; sed in antiquis, h. e; qui diu jam durant & hotem male hnt, ideo n: dixit ἐχρονίω x vexato & molestato. Diuturnum n: quis recte ducet quod diu durat.

APHORISMUS XVI.

Pleuritide aut peripneumonia detento, diarrhæa interveniens, malum.

Commentarius.

In pleuritide aut pulmonia aliquando supervenit fluxus ventris valente adhuc ægro & signis coctionis apparentibus in urina & sputo & nihil mali fiat. Supervenit autem aliquando cum æger male sit, & à malo affligitur, de quo dixit Hip: ἐχομένῳ .i. molestato, quod signum malum est. Significat enim per consensum laborare iecur, & sanguinem non conficere, neque distribuere. Non consentit autem iecur, & in eam imbecillitatem deducitur ob læsionem instrumentorum inspirationi servientium, nisi magna sit. Duas igitur apponit conditiones Gal: ad aphor: veritatem, ut æger sit a morbo consflictatus, & ut fluxus ventris non eveniat a causa prægressa, aut alia à morbo ipso pulmonis aut thoracis. Verus autem est etiam aphor: si pleuritis aut pulmonia nondum sit ad suppurationem perducta. Nam cum non suppurantur ob humoris malitiam, & facultatis imbecillitatem, fluxu ventris superveniente, malum erit & consensum iecoris sciabit.

APHORISMUS XVII.

Opthalmia laborantem alvi profluvio corripi bonum.

Commentarius.

Evacuationes bonas sponte factas medicum imitari ad initium quartæ sectionis docuerat, sic & præsentem utiliter imitabitur, si fluxum ventris procurabit medicamento quopiam ventre subducente, ubi æger lippitudine laboraverit, id namque natura probe facit, quoties laborantes lippitudine h·e· inflammatione adnatæ membranæ, sponte fluxum ventris commovet.

APHORISMUS XVIII.

Persecta vesica, aut cerebro, aut corde, aut septo transverso, aut tenui quopiam intestino, aut ventriculo aut iecore lethale est.

Commentarius

Hipp: hic agit de vulneribus penetrantib. quæ discisiones appellat; & dicit lethalia esse. Vesica n: discissa non curatur si in cavitatem ipsius penetrat vulnus, quia tenuis & exanguis est, & urinam perpetuo continet; collum autem ejus quotidie discindimus ad lapides extrahendos & post sanantur. Vulnera autem cerebri si ad ventres perveniant, non curantur; sed alia multa vidimus sanata, quæ ad cerebri substantiam perveniunt. Corde vulnerato nemo liberatur: nam si vulnus penetrat ventres pereunt effuso sanguine, & spiritu; si non penetrat concitato dolore & deinde inflammatione pereunt. Si tamen septum transversum discindatur, tum ob naturam suam quæ excarnis est, tum ob frequentem & perpetuum motum non consolidabitur. Tenuia præterea intestina perforata non consolidantur, ob frigiditatem & naturam exanguem, & ob excrementorum perpetuum descensum per ipsa. Ventriculus summa parte vulneratus curatur, discissus ad profundum non consolidatur ob officium; & quoniam medicamenta n: superponuntur ipsi, quamvis bibantur, sed hæc cum cibis miscentur, & ideo non prosunt. Chirurgus tamen quidam fide dignus juravit se curasse hominem qui sauciato ventriculo non longe a cibo assumpto per vulnus chylum rejecit. Jecoris vulnera curantur quæ non transfixerunt venam aliquam insignem; tales n: sanguinis effusione intra peritonæum moriuntur, sicuti & venæ cavæ vulnus celerrimam mortem adfert l. 4 de usu partium. Nec refert dicere mirabili ac prorsus divino auxilio talia multa sanari.

APHORISMUS XIX.

Perfectum os, aut cartilago, aut nervus, aut genæ tenuis particula, aut præputium, neque augetur neque coalescit.

Commentarius.

Hic agit de vulnerib. illis quæ difficile aut non integre curantur; ea sunt discisiones ossium, cartilaginum, nervorum, buccæ tenuioris partis, & præputii. Hæ n: partes discissæ non augentur, si pars earum fuerit amissa, neque consolidantur etiam

si vulnera fiant sine partis amissione. Causa est quia mollia corpora facile uniuntur: & ubi partem carnis amissam quis velit resarcire, id facile eveniet suppetente sanguinis copia, ut mãa. Quare si pars ossis amissa fuerit, non recreabitur: quia nullibi suppetet copia mãæ seminalis, a qua os primam habuit graõem, sicuti & cartilago, & nervi, & buccæ, & præputium. Præter id quod interim dum pars aliqua de his grãtur, copia sanguinis occurrente, caro loco partis amissæ accrescit. Agglutinari quidẽ possunt ossa non consolidari: Agglutinantur n: callo adnato tãquam glutine non tamen solidantur per aliquid quod sit de ipsig ossis substantia; nisi admodum mollia fuerint qualia sunt ossa puerorũ, quorũ ossib. multa suppetit mãa seminaria, & consolidandi facultas valida, & partes consolidandæ humidiores tũ quam aliarum ætatum.

APHORISMUS XX.

Si in ventrem sanguis præter naturam effusus sit eum suppurari est necesse.

Commentarius.

Si sanguis effusus fuerit extra proprias cavitates, in ventrem quemvis alium ab ijs in quibq secundum naturam suam contineri solet nũum est ipsum suppurari .i. corrumpi, ita n: exponitur vox ἐκπυεῖσθαι a Gal: in com: Ventres q. in quib. secundũ naturam continetur sanguis, sunt venæ, arteria, cordis ventres & cerebri lacunæ. Extra v. funditur in ventriculum, thoracem, uterum, intestina, vesicam, & in cavitatib. musculorũ in inflammationibus & in enchymosi, in poris sensum effugientibq. In quib. oib. sanguinem corrumpi necesse est.

APHORISMUS XXI.

Insanis si varices, vel hæmorrhoides supervenerint insaniæ solutio.

Commentarius.

Melancholicus humor est qui insaniam istam efficit. Per varices tamen in venis colligitur sanguis melancholia multa mixtus, praesertim autem in his quae sunt ad suras. Haemorrhoides sanguinis vacuationes sunt adapertis venis ani. Per eas quoque purgatur sanguis melancholicus. Iure igitur insaniam curabunt varices converso humore à capite in crura, aut haemorrhoides revulsione vacuantes eundem humorem: eas igitur aperire oportebit arte si non fluant sponte.

APHORISMUS XXII.

Ruptiones quae ex dorso ad cubitum descendunt venae sectio solvit.

Commentarius

Gal: in com: docet per rupta dolores esse intelligendos. Dolente autem dorso & cervice & quandoque musculis qui sunt ad omoplatas lassitudinis speciem patientibus, dolor per brachium ad cubitum descendit, & nonnunquam ad manum usque. Convenit autem in eo affectu venam cubiti secare; quia humor ducendus per eam partem qua naturâ verget. Ea vero est in cubiti flexu externa.

APHORISMUS XXIII.

Si metus et maestitia longo tempore perseverent melancholicum significatur.

Commentarius.

Timor est opinio mali futuri; tristitia vero opinio est mali praesentis. In has opiniones quidam incidunt ob causam aliquam evidentem, quidam sine ipsa. Qui sine causa cognita timet atque tristatur, causam habet internam quae mentem eius perturbet & in eos affectus deducat. Qualis est humor melancholicus qui cerebrum occupat. Aut certe, quod saepius fit incipiente morbo humor cor occupat, quod est origo turbationum animi. Inde

vero ascendit vapor in cerebrum, qui ducit animam rationalem in consensum: Ac proinde rectè dixit: Si timor & tristitia adsunt, melancholicum h. e. melancholia morbus significatur. Quod si causa adsit quæ vere possit hominem in timorem & tristitiam adducere, diu ipsis perseverantibus melancholiam inferent, & propterea melancholicum sfactur. Generant n: & in circuitu se mutuo juvant & augent, timor, tristitia, melancholia. Melancholia n: infert timorem & tristitiam & hæc duo generant melancholiam, quamvis à causa evidenti oriantur. Unaquæque tamen earum, effectum sibi debitum producit citius aut tardius, pro ratione causæ generantis, quæ aut valida est aut imbecilla; & pro corporis præparatione. Quidam n: facile in timorem incidunt, quidam minime. Facit a. adhæc non parum pusillanimitas, & cordis languor, sive facilitas ad patiendum aut compatiendum. De omni itaque timore & tristitia, sive causam habeat evidentem sive non rectè dictum est, Si metus & tristitia longo tempore perseverent melancholicum sfactur; quoniam adhæc si perseveraverint omnino sequetur si non adest. Si vero adest melancholia per hæc eadem ostendetur ut præsens.

APHORISMUS XXIV.

Si quod gracile intestinum perfectum sit non coalescit.

Commentarius.

Quoniam hic aphor: in 6o continetur, frustra repetitur modò, sed foret ab hoc loco expungendus ut inquit Gal: in com:

APHORISMUS XXV.

Erysipelas foris intrò converti malum; intus verò foràs, bonum.

Commentarius.

Hic aphor: per se clarior est quam qui egeat explicatione; Notissimum n: est melius esse extra converti erysipelas quam intra. Sed voluit Hipp: hoc modo monere Medicos ne temerè erysipelata refrigerent & validè repellant. Cum n: morbus deserere solet partes externas & vergere ad internas quod malum est.

APHORISMUS XXVI.

Quibus in febribus ardentibus tremores fiunt, delirio solvuntur.

Commentarius.

Docemur hic humores aliquando transponi a vasis in nervos & inde tremores fieri, commotis nervis a cãa gravante aut mordente ad expulsionem, vel nequeunte parte seipsam continere præ multitudine gravata. Cæterum illud non vr reprehensione carere q, Gal: in com: advertit cum dixit, Delirio solvi, ac si delirium esset sanitas aut dispositio melior tremore. Proprie n: morbg solvi dr cum aut transit in sanitatem, aut in morbum minorẽ ac ming periculosum. Delirium a. fit translato humore a nervis in originem cerebrum sci: Improprie igitur dicitur solvi.

APHORISMUS XXVII.

Quicunque empyi aut hydropici uruntur aut secantur, si pus aut aqua universim effluxerit omnino moriuntur.

Commentarius.

Quando alijs remedijs suppurati, aut ascitem patientes curari nequeunt, expedit eos secare aut urere; alio m̃o n: pus in thorace contentum aut aqua quæ intra peritonæum est vacuari nequeunt, nisi facta ustione, aut sectione si multum abundant. Sed vacuatio illa debet sensim fieri ut hic docemur; quia si fiat confertim omnino ægri moriuntur; Effluet etn: multg sptg ab osculis arteriarum, quæ adapertæ sunt ob magnam distensionem, ab aqua aut pure factam. Præterea id quod in ascite aqua viri fulcrum, continet secum durum (id n: solet aqua inter cutem adducere) quod deinde vacuata aqua trahit secũ viscera alia. Poteris quoque ab hoc præcepto ad alias vacuatiões ões maxime quæ fiunt in longis morbis transferre usum, & in omnibus in quib. vires non valde consistunt, evacuationes per partes facere. Nã & suppurati & aquam intercutem patientes alijs jam tentatis reme-

dijs nunquam satis valent, neq; aliquam confertam ferunt vacuationem. Qua ratione a. uri aut secari debeant suppurati aut hydropici Paulus probe docet: lib. 6.

APHORISMUS XXVIII.

Eunuchi podagra nō laborant nec calvi fiunt.

Commentarius.

Eunuchi qui abscissis genitalib. aut attritis testib⁹ sunt, Venerem non appetunt, effœminati, molles & humidiores fiunt, ita ut hac in re cum fœminis contendant. Quare sicut fœminæ non calvescunt ita neq; illi. Podagra v. non laborant, sed rarò, & raris Hipp: tempore, erant n: Eunuchi abstinentes & parce vivebant, ac à Venere abstinebant. Quorũ oīa g[illegible] podagram adducunt. Non tm̄ n: imbecillitas articulorũ quam quisq; hrē p̄t aut ex morbis, aut à gravē, ad podagram est satis, sed op⁹ est mittentem esse particulam aliquam aut totum corp⁹ excrementis redundare. quod illo tempore non eveniebat Eunuchis probe admodum & moderate viventib. Sed nunc & Gal: temporib. cum immodicè vivant in otio, & epulis, & Veneri indulgeant, multi ex ijs incidunt in Podagram: Et sic præstat antiquorũ dogmata amicè definire, quam morosè redarguere.

APHORISMUS XXIX.

Mulier podagra non laborat, nisi menstrua defecerint.

Commentarius.

Hũ aphor: ut p̄cedens cum moderatōe legend⁹ est: cum non sit unica tantum cā̄ ob quam soleant abundare excrementa, nam & ob vitam otiosam, & in victu omnimodam intemperantiam accedente articulorũ imbecillitate podagra evenire valet auctis excrementis. Temporib. a. Hip: cū nullum horũ adesset mulierib. non aderant abundantiæ excrementorũ nisi cum mensium purgatio cohibebatur: ac proinde

non laborabant podagra nisi ob mensium defectum. Nunc a contra accidit ob illarũ intemperantiam, otium &c.

APHORISMUS XXX.

Puer podagrâ non laborat ante Veneris usum.

Commentarius.

Quamvis pueri à prima ipsa gratione hre possint articulorũ imbecillitatem, hæc tñ se non ostendit donec laborent & exercitent. Neqȝ tñ ad podagram id satis est, sed opus est redundantia cruditatum & excrementorũ. Quam tñ pueri non hnt pp coctricis vigorem, & quia in alitione oĩa absumuntur, prig superata. At vero cum primum venere uti incipiunt, non tantum absumitur in alitionem & articuli languent venere id efficiente, atqȝ ita quod superest, ad articulos transmissum efficiet podagram.

APHORISMUS XXXI.

Dolores oculorum meri potio, aut balneum, aut fomentum, aut phlebotomia aut purgatio solvit.

Commentarius.

Quod de oculorũ dolorib. hic docet Hip: de oĩb. dolorib. fere docere posset eadem ratione: quandoquidem cuiusvis partis dolores eas hnt caũsas diras, quas dolores oculorũ, & curandi viæ à caũs desumuntur & distinctionem accipiunt. Non n: aliter Hipp: curationes oculorum distinxisset dicens oculorũ dolores curari meri potione, & reliquis. Prætermittamq modo dolores qui a nuda intemperie nascuntur quos contrarietate curare docet ars medica. Cum mãa v. facti vacuatione potissimum curantur. Si in toto corpore humor abundat & fluxionem in oculos committit, redundante sanguine, venam externam cubiti secabimq, & sanguinem ducemq pro virium robore & causæ morbi copia. Quod si fuerit abundans pravq aliquis succq purganti medto eum ducemq. Si tamen deposita redundantia aliquid caũ prioris in oculos fluere videatur, balneum aquæ dulcis cõveniet.

Quod si in oculis tm cau doloris continebatur, si crassus fuerit sanguis vini potione attenuabitur; & discutietur ubi & flabg. Si v. fuerit tenuis, acris ac mordax optimum erit remedium fomentum, vacuato quidem corpore tutum erit eo uti: non prævacuato tn experiundi gratia admovendum, nam si dolorem non in totum mitigaverit, credendu est in corpore subesse copiam quæ trahatur ad ipsam partem dolentem.

APHORISMUS XXXII.

Balbi longo alvi profluvio maximè corripiuntur.

Commentarius.

Balbutiei vitium ad linguæ compositionem attinet, quæ ob brevitatem nequit firmari dentib. anteriorbg, qualis dispositio etiam cotingit ijs qui imbecillam habent facultatem moventem linguam. Redditur a. imbecilla ob siccitatem, idqg rarò, quandoqg ob humiditate quæ a cerebro in musculos, & nervos linguam moventes defluit. Deinde quoqg in ventrem atqg id frequentig. Cum v. in linguam descendit efficit hominem balbum, cum in ventrem adducit ejus fluxum prædicta humiditas. Est a. is longg quia balbi a nãa tales lõgo tempore aut tota ipsa vita humiditatis abundantia laborant, sic & eorg ventres. Dixit a. Maximè quia maxima ex parte balbi fiut ob prædictam humiditatem; quamvis ob malam gstructionem & siccitatem aliquando fiant, qui ad ventris profluvium non sunt parati.

APHORISMUS XXXIII.

Qui acidum ructant non admodum pleuritici fiunt.

Commentarius.

Acidg ructg scat in ventriculo acidam pituitam, aut cibos ibidem corrumpi in acidum saporem. Acida sane pituita frigida est, & acidus ructg frigiditatis soboles. Morb. a. laterales quamvis ab omnibg humoribg fieri possit, quos ostendit sputum, quod si spumosum fuerit, ostendit pituitam; flavum, bilem; rubrum sanguinem; subnigrum melancholiam, sæpig tn a calidis humoribg, ra rig à

à frigidis, qui difficile membranæ substantiam pervadunt. Pro-
bè igr dixit, eos qui acidum ructant, rarò à morbo laterali
capi.

APHORISMUS XXXIV.

Qui calvi sunt, iis varices magni non fiunt: quib
vero calvis existentibg varices superveniunt, iterù-
sus capillati fiunt.

Commentarius.

Hic non intelligit calvos proprie sic dictos, sed illos qui ex
morbo defluvium capillorum sunt passi, hi n. soli pilos recu-
perant. Evenit a. capillorg defluvium, aut ob inopiam alimenti pi-
lorum, aut ob ejusdem malitiam atqg id frequentig. Hunc a. affectu
non patiuntur qui magnas hnt varices, pravis succis ad crura revul-
sis. Quod si fiat ut pilorg defluvium præcedat, superveniant tamen
varices, pariter cute liberata à pravis succis alio translatis, libera-
bitur a profluvio pilorum, redibuntqg pili ut ante.

APHORISMUS XXXV.

Hydropicis tussis superveniens, malum.

Commentarius.

Hydropici possunt tussi affici ob quamvis caūam, ut & reliqui, ne-
tamen inde malum aliquod gsiciendum. Quod si morbi ipsig ratione tus-
sis fiat malum adeo grave sciat ut aquæ copia ventrem implens se-
ptum transversum comprimat, & instrumenta respirationi servientia
in consensum adducat. Hoc quidem frequentig fit, minig frequenter
v. quod Gal: dicit sitate tussim, humiditatem aquosam in tantum fu-
isse adauctam ut asperas arterias occupet.

APHORISMUS XXXVI.

Difficultatem urinæ & phlebotomia solvit: secare verò
interiores.

Commentarius.

Duabg de caūs Gal: visum est hunc aphor: esse de adjectis & -
spuriis. 1. quia dixit phlebotomiam solvere urinæ difficultatem, Nō

n: est unica curādis via. oportet itaq; sic aphor: scribere. Difficul-
tatem urinæ & venæ sectio solvit; quoniam hoc est unum de reme-
diis solventib. difficultatem urinæ; Nam ubi ab inflammatiōe malū
oriatur, venæ sectio malum curat. II. quia præcipit secare venas in-
teriores, cum tn̄ nihil referat earū quæ in malleolis sunt internam
aut externam secare, siquidem ambæ ab una oriuntur, quæ ad po-
plitem est, sive ad genu curvaturam, non sicuti in brachio, in quo
interna & externa non oriuntur ab una eademq;. Hæc voluit Gal:
quamvis experimento constet connexionem partium non parum in-
dicare ad curationem. Cum a. malleolꝫ externꝫ majorem habeat cū
coxendice connexionem, quam internꝫ, & is magis quam externꝫ cum
utero, in morbis uteri secamꝫ venam internam malleoloꝝ, & in mor-
bis coxendicum externam. Atq; ita Avicenna 22 tertii libri, ad co-
xendicum dolores dixit conferre missionem sanguinis de vena sche-
atica, quæ externa est. Et lib. 1. fen: c. 4. De phlebotomia dixit.
Et ratio quidem facit oportere ut scheatica & safena similis existāt
juvamenti, sed experimentum facit ut operatio scheaticæ plurimam
conveniat dolori schiæ, sicut si hoc esset debitum. Quamvis igr̄ Ga-
contendat, ratione sumpta ex anatome nihil referre hanc aut illam
secare, & ob id Aphor: non esse Hip: experimentum tn̄ docet non
esse parem usum sectionis ambarꝫ, neq; aphor: esse rejiciendum. Qu
esse parem usum sectionis ambarꝫ, neq; aphor: esse rejiciendum. Qu-
o. unicum tm̄ remedium, nempe missionem sanguinis scripserit, & una
tm̄ spēm difficultatis urinæ curare docuerit parum interest. Cum autē
dixit interiores notissimum est quas sciavit, cum venæ secandæ sint
in malleolis, laborantib. partib. infra secur, & nonnunq̄ in poplite.

APHORISMUS XXXVII.

Angina correpto si tumor fiat in collum bonum:
foras enim morbus educitur.

Commentarius

Qui anginam patiuntur suffocationis periculum incurrunt, nisi
humor qui internos gutturis musculos occupat, exterꝫ convertatur.

Quod fiet si in faucib. tumor aliquis effatu dignus appareat, tales enim anginæ etsi exitiosæ sint, morbum longiorem ostedunt. Magis v. liberantur si fauces & cervix suborem contraxerit, & ex ijs maxime quib. pectg & cervix rubent. Docuit hæc Hip: l. 3 prognost: 16. dicens; Anginæ a. gravissimæ sunt ac celerrime interimunt, quæcunqe nihil conspicuum faciunt in faucibg, negg in cervice, plurimum v. dolorem inferunt atqe orthopnæam. Hæ n: eodem die strangulant, & secundo, & tertio, & quarto. Quæcunqe v. dolore aliogui alteri simili modo inferunt, attolluntur a. & in faucib. rubores efficiunt, valde quidem lethales, cæterum præcedentibg diuturniores, si magng fiat rubor. Quib. v. fauces & cervix simul rubent, hæ sunt diuturniores, & maxime ex ipsis liberantur, quib. cervix & pectg ruborem traxerint, nisi sacer ignis intro recurrat.

APHORISMUS XXXVIII.

Quibg occulti cancri adsunt, non curare melig; curati enim citius intereunt; non curati v. longig vitam trahunt.

Commentarig.

Cancros occultos non curare docet hac sententia, quia curati cito pereunt, & non curati longiore tempore durant. Cancri a. sunt tumores ab humore atrabilario geniti, duri, dolentes aut semper, aut per intervalla, nigri, quigg venulas quasdam nigras in circuitu hnt, melancholico sanguine plenas, ita ut totg ipse tumor cum venis cancrum & ipsig brachia referat. Fiunt hi aliquando in partib. internis ubi palato, utero, intestinis, & intra anum, quidam in partib. externis ut mammis, facie &c. Oes a. hi sunt aut ulcerati aut sine ulcere. De internis voluit curationem non esse tentandam, sive cum ulcere, sive sine ipso sint. Quamvis n: oib. cancris levia remedia ubi mitigatioria sint adhibenda, & purgaões aut sanguinis missiones, hæc oia potig præservare, & dolorem sedare quam tumorem curare dicimg. In quem modum internos cancros ulceratos abluere, & detergere ichores, aut saniem præcipimg. Si tamen cancri externi sint ulce-

rati, detergi, & mitigari, & attemperari exposcunt: non ulcerati pariter attemperari & mitigari desiderant, utrisq tn̄ manq opera conducit, si eo loco siti sint ut omino ferro, aut igne extirpari cum radicibus possint. Id quod Chirurgis facere sæpe præcipimq cum felici successu, potissimum si ulcerati non fuerint.

APHORISMUS XXXIX.

Convulsio fit vel a repletione, vel ab inanitione ita et singultq.

Commentariq.

Confert Hip: hic convulsionem singultui, dicens utrumq fieri bifariam, ex repletione vid: & inanitione. Quemadmodum n: nervi contrahuntur ad originem nobis nolentib. cum implentur humore, & cum siccantur arescentes: ita ventriculq, aut humore in fibris ejus infarcto, aut substa arefacta, concutitur ad caam nocentem expellendam, fitq singultq. Est tn̄ tertia quædam spes quæ consensu fit, quæ n̄ est de his quarum Hipp: habuit mentionem, quæ primogenia fiunt affectione, & nervis in essentia laborantib, sed ipsis punctis aut comorsis. Qualis convulsio fit ijs qui bilem porraceam vomunt aut æruginea aut aliter vellicantur. Tres igr sunt & convulsionis & singultus species.

APHORISMUS XL.

Quibq ad hypochondrium dolor est sine inflammatione; ijs febris superveniens dolorem solvit.

Commentariq.

Dolor circa hypochondrium, ut & alij, fit ab intemperie cum humore, aut sine ipso, & a solutione continuitatis. Causa v. solvens aut est flatq, aut humor; atq is aut facit tumorem aut non. Dolor factq ab intemperie calida non sanatur febre superveniente; sanatur tamen qui fit ab intemperie frigida. Si humor adsit frigidq sive obstructionem faciat, sive non, atq tumorem efficiens in hypochondrio, vel non febre superveniente, humor his attemperatur, coquitur, & discutitur, flatq quoq a calore febrili dissipatur. Humor autem

calidus si morsum efficiat, aut erysipelas, aut inflammationem, non curatur febre supervenient, sed calor atque morsus augetur, & inflammationis calor augetur; atque ob id dixit: absque inflammatione. Significat autem hoc loco phlegmone .i. inflammatio, omnem inflammationem adhuc humore carentem.

APHORISMUS XLI.

Quibus in corpore pus non innotescit, ob crassitudinem sui aut loci, non se prodit.

Commentarius.

Solent Medici pus in parte quapiam contentum tactu dignoscere, fluctuat enim quodammodo digitis comprimentibus cedens, quandoque vero non agnoscitur tactu (licet alijs viis possit innotescere) & ratio sumitur aut a natura puris, aut à natura partis ipsum continentis. A natura puris quoniam crassum est, & ea ratione non fluctuat, sed speciem præbet carnis ipsius partis laborantis. A natura vero partis quoniam pars dura est, cutis atque crassa, & ita tactui occultat puris notitiam: id vero magis eveniet si ambo conjungantur.

APHORISMUS XLII.

Regio morbo laborantibus jecur durum fieri, malum.

Commentarius.

Morbus regius multis de causis fit; fit enim aliquando ob durum jecoris tumorem, quandoque judicationis ratione, natura excernente excrementum ad cutem. Hac postrema ratione si eveniat morbus regius, non est malum, si ab obstructione meatus qui tendit a vesica fellis ad intestina, vel ejus qui tendit a jecore in vesicam fellis, malum est. Verum magis malum est si eveniat ob jecoris duritiem, quæ duplex est: aut enim redditur durum sine dolore, estque is scirrhus, ad quem facile sequitur aqua intercutem. Si vero cum dolore fiat erit phlegmone, quæ quantum adferat periculi non refert modo dicere.

APHORISMUS XLIII.

Qui lienosi difficultate intestinorum corripiuntur, ijs supervenientem longam dysenteriam, hydrops, aut intestinorum lævitas excipit & moriuntur.

Commentarius.

Fit nonnunquam natura valente ut is qui lienis antiquum tumorem patitur, qui à Gal: & Hip: lienosus dr, liberetur, melancholico sanguine transmisso ad intestina. Supervenit a difficultas intestinorum non exquisita illa, quæ cum ulcere fit, sed alia quæ cruenta dr, id est quod aphor: 48 sequenti docet. Prorogatur a. talis intestinorum difficultas, & perducit ad unum duorum malorum aut n: jecur compatitur lieni, & ex evacuatione languet, & inde fiet aqua intercutem, ut solet, aut imbecillitas ex nimia fluxione advenit intestinis atque ventriculo, & inde sequitur lævor intestinorum. Ad quodvis tn horum mortem sequi facile est, quoniam post antiquum malum, aliud non contemnendum sequitur.

APHORISMUS XLIV.

Quibus à stranguria ileus supervenerit intra septem dies moriuntur, nisi febre superveniente copiosa urina fluxerit.

Commentarius

Quamvis Gal: agnoscens causas stillicidij urinæ, & causas ilei, dixerit, atque abunde probaverit, Ileum cuius symptoma est fæcum retentio non evenire ab inflammatione vesicæ. Non tn ignoravit Ileum posse fieri à crassis humorib. Quod si crassi humores possint Ileum efficere, & illi occupantes vesicam, efficiant quandoque urinæ stillicidium, totus aphor: erit verus, atque à Gal: probè enarratus: etiamsi videatur dubitare an sit Hip: quia non admodum probabile putat Ileum fieri à crassis humoribus. Verum hoc cōcesso,

ut Gal: gedit ad finem Com: verg videri pt aphor: & à nemine accusandus erit Gal: qui eam invenit enarrationem, quam quidam sibi arrogat autorem reprehendens. Ponamq itaqz aliquem pati urinæ stillicidium ob crassos humores, qui vesicam atqz ejusdem cervicem occupant, quorq pars ad tenue intestinum transferatq is simul patietur urinæ stillicidium, & ileum, quem intra diem septimum moriturq ob morborq gravitatem & acutiem est existimandum. Si tamen febris superveniat spes salutis habetur, ubi urina abunde fluat. Quoniam febris crassos humores coquit, & extenuat, & liquat, quos etiam per urinam abunde fluentem evacuare solet.

APHORISMUS XLV.

Si ulcera annua aut etiam diuturniora fiant, os abscedere est necesse et cicatrices cavas fieri.

Commentarius.

Non in omnib. ulcerib. annuis, aut longiq durantibq, antequam curentur & cicatrix obducatur opus est os abscedere, aut natura pellente aut arte ipsum radente. Nam in ulcerib. malignis quæ fluxione pravorq succorq habent adjunctam, aut malam temperaturam ex præcedentib. fluxionib. contraxerunt in carne, id non est necessarium: sed opus est fluxionem prohibere, & carnem ipsam attemperare. Cæterum hæc non sunt proprie ulcera, autore Gal: in com: sed qualia herpetes, phagedenæ, & anthraces. Quando v. simile aliquo horum fit, ut ulcus annum attingat, medicis non delinquentib. neqz ægris in curatione: ossis dispositionem causam esse, quam etiam emendare est opus, sæpiq n: in ulcerib. quæ adeo proroganfur cicatrix obducitur, & rursq decidit, & ulcq redit, quo tempore detegere oportet os, & ipsum abradere siquidem ab eo manat sanies sive ichor, qui impedit ulceris integram sanationem. Dixit a. annua aut diuturniora ut certum faceret præsagium, quis & ante id tempq in quibusdam verum sit quod dixit.

APHORISMUS XLVI.

Qui gibbi ex asthmate vel tussi ante pubertatem fiunt, moriuntur.

Commentarius.

Vertebræ luxantur extra, & qui hanc dispositionem patiuntur gibbosi appellantur, & dispositio gibbositas, Græcis κύφωσις, aut ad interiora & appellatur repanditas, Græcis λόρδωσις, aut ad latus & dr̄ divaricatio, græc: σκώλιωσις. Verum hæ luxationes quandoqꝫ fiunt à cā̄ manifesta, ut casu aut ictu, quandoqꝫ à caussis internis ut tumorib., & relaxationem efficientib. humoribq. Nam gibbositas fit ubi duo tumores occupent membranas duarꝫ vertebrarꝫ, quæ non sunt immediatæ, tunc n: convulsis membranis trahuntur distantes vertebræ ad se ipsas, & mediæ retrorsum pelluntur, & gibbū efficiunt. Hunc affectum comitatur difficilis spiratio quam vocat asthma, & quandoqꝫ tussis, si tumor serosam aliquam partem à se mittat in pulmonem. Nam si crassi ac tenaces fuerint humores, tumores efficientes, suppuratio non speratur, & non tussiunt aut raro. Si tamen tenuiores fuerint, maturari possunt, & tussim movent. Hi sunt gibbi qui asthmate aut tussi fiunt, h. e. cum asthmate aut tussi, aut simul utrisqꝫ. Solet a. mortem adferre si ante pubertatem eveniat præsens affectq, siquidem cor & pulmo nondum habent perfectam magnitudinem, sed adhuc augentur; spina a. non augetur in prædictis autore Hipp: l. 3 de articulis attestante experimento. Quare si interna membra augentur & externa non necessum est interna in loco angustiori concludi, & minime eventari, & inde febres oriri, & cum difficili spiratione interire.

APHORISMUS XLVII.

Quibus venæ sectio aut purgatio prodest, his vere secanda vena est, aut purgatio imperanda.

Commentarius.

Sunt plurimi in quibus hyeme pravi succi congeruntur, quos vacuare convenit bibito purganti medico, ne vere incidant in morbos quos ver solet adferre, de quib. 3 aphor: 20 Quorum morbi qui alias solebant eos molestare, purgatione, adhibito purganti medicamento non invadant. Sunt & quibus talis purgatio convenit, cum Medicus agnoscit neutram dispositionem, & præparationem ad eos morbos, quorum gratia præcaventes purgamus incipiente vere, ne tales eveniant, quamvis in eosdem nunquam inciderint. Præbemus autem unicuique tale medicamentum quale debetur humoribus abundantibus per singulas species. Aliud enim medicamentum debetur bili, & ei qui timet tertianam, aliudque melancholiæ & timenti quartanam aut cancrum. Aliud timenti anasarcam, aut leucophlegmatiam, aut quotidianam febrem. Si tamen sanguinem bonum abundare intelligamus, quem dilatari accedente veris calore est necessum, ac perinde in morbos solitos incidere, sive ipsi aliquando laboraverint sive non, jure secta vena sanguinem minuemus, qui alias calore veris adveniente effunderetur, & morbos à sanguine ortos pariet. Conveniet quoque eis qui malos humores per æstatem acervarunt, autumno ineunte, purgare, timentes morbos. Quod nos eo tempore facere solemus, extremas temporum temperaturas fugientes & morbos futuros præcaventes. Ut n: dicet aphor: 55. Podagrici morbi vere & autumno magna ex parte moventur. Hæc sunt duo genera remediorum quæ magna vocantur, purgatio & sanguinis missio.

APHORISMUS XLVIII.

Lienosis difficultas intestinorum superveniens bona.

Commentarius.

Supra Comm: 43. huius aphor: sententia a nobis exposita est.

APHORISMUS XLIX

Quicunque podagrici morbi fiunt, sedata inflamatione intra dies quadraginta conquiescunt.

Commentarius.

Podagrici morbi fiunt sanguine ad pedum articulos fluente, aut solo, aut simul cum bile, aut pituita, aut utroque humore, rarò etiam secum defert melancholiam. Humores ij occupant articulos & ligamenta ossib. affixa, unde distensione tendones & musculos proximos comprimentes, dolorem movent, etiamsi eosdem non tentet inflammatio, siquidem ubi inflammarentur, fieret ut quandoque convulsio sequeretur, quod non videmus. At v. cum dictæ inflammationes finiri debeant dissoluto humore ipsas faciente, humor a. sit in alto loco fixus, tempore longo opus erit ad dissolutionem. Quod Hip: definivit 40 diem esse. Is n: est terminus morborum acutorum ex decidentia. Nisi n: loci natura impediret curationem, finiretur 14 diebus ratione inflammationis, sicuti in alijs inflammationib. fit quæ in carne fiunt. Statuit autem limitem diem 40, quemadmodum & morborum acutorum terminum dixit diem 14, atque ut dies 14. non ita est acutorum terminus, quin possint multi acuti ante ipsum finiri (nam est is terminus postremus) ita ad 40 diem prorogantur podagrici morbi & reliqui acuti ex decidentia, ita ut ob humorum tenuitatem, ægri temperaturam, temporis, & victus ante id finiri valeant. Estque 40 dies postremus terminus si nihil peccetur a medico aut ægrotante. Vidimus a. podagricos & arthriticos plurimos supra 40 diem productos, nullo errore commisso, quoniam plurimi ac crassissimi inerant humores, quos nostra tempestate acervant homines gulosissimi, veneri ac ingluviei indulgentes, ab omni exercitationis genere abstinentes.

APHORISMUS L.

Quibus intersectum est cerebrum, his febrem & biliosum vomitum supervenire necesse est.

Commentarius.

Quemadmodum caussis præsentib. solemus effectus futuros præ=

noscere, & producere, ita præsentib. effectis agnoscimq à posterio-ri causas. Propterea vulnerato capite, ab effectib. venamur, an vulnq ad cerebrum & ejus membranas pervenerit an secus. Si n: hæc duo quæ ab Hipp: traduntur adfuerint, vulnq ad membranas atq ipsum cerebrum pervenisse, putandum est, quamvis neq id perpetuum sit, quando unq effectq plures causas habere pt. Sunt a. prædicti effectq febris & bilis vomitq. Consentit n: cerebro per communes arterias soporiferas, per quas cerebrum plus æquo incalescens, cor in consensum ducit ac febrem adfert. Quod non eadem die semper evenit, sed tertia, quinta & sæpiq undecima. Consentit quoq eidem ventriculq per nervos à sexta conjugatione ortos, atq cerebro patiente inflammationem, bilis ac serous humor ad ventriculum movetur, & inde vomitus. Movetur a. bilis ad ventriculum per mœrorem, dolorem, & timorem, atq omnem subitam animi perturbationem. Illud quoq memoria dignum qp Hipp: in præsenti aphor: non docet ex bilis vomitu & febre colligere cerebri vulnq aut membranarq, quod faciunt nostri chirurgi, sed iis vulneratis febrem ac bilis vomitum sequi debere. Vidimq n: non paucos a capitis vulnerib. quæ solam carnem occupabant non vulnerato pericranio, minimè v. perforata aut dissecta calvaria, febrem pati, & bilem vomere, facta ab ictu, aut casu cerebri aut totiq corporis concussione. Quod si cerebrum aut ejus membranæ vulneratæ fuerint bilis vomitq & febris necessario supervenient quod dixit Hipp:

APHORISMUS LI.

Qui valentes, capitis repentè doloribq corripiuntq, & protinq muti fiunt ac stertunt, intra septem dies intereunt, nisi febris intervenerit.

Commentarius.

Vidimq non paucos alioqui sanos subitò, nulla occasione præcedente capitis dolore primum molestari, deinde obmutescere.

quod sciat non tantum vocem amittere, sed omnem à voluntatis im:
perio ortam functionem. Deinde stertere ob impotentiam moven:
di thoracem, & dilatandi laringem. Hos Gal: in com: dicit forti
apoplexia laborare. Tales autem ob acutiem & vehementiam morbi
intra limites morborum peracutorum mori contingit, nisi febris super:
veniat. Solet enim hæc crassos & lentos humores apoplexiam
efficientes coquere & discutere: At vero si verum est quod Gal:
in Com: dixit Hip: videlicet loqui de magna apoplexia, non sa:
tis constans videtur qui adveniente febre vult eos liberari, cum
tamen libro sec: aphor: 42. dixerit Apoplexia fortis nullo modo curatur.
Præterea si apoplexia levis est non habebit stertorem adjunctum
quoniam apoplexiæ magnitudo ex respirationis specie agnoscitur, est
autem prava admodum quæ cum stertore fit. At vero si talis est,
quomodo fiet ut febre superveniente curetur? Nisi dixeris Hyppoc:
non voluisse superveniente febre eos sanari, sed non mori intra
septimum diem. Accedente enim febre aliquatenus morbus redderetur
levior, & ea ratione facultas eundem diutius feret. Dixit enim sep:
tem dieb. pereunt nisi febris superveniat. Hæc ratio est Hypp:
a contradictione salvare non autem Gal: qui in Comm: dixit Atque
idcirco febris superveniens solvit ~~debilitationem~~ dispositionem,
Docet tamen febrem hanc non esse levem quia talis nihil profici
et ad crassos admodum humores brevi extenuandos.

APHORISMUS LII.

Sed in somnis etiam an de oculis aliquid subappare:
at spectare oportet: nam si quid non exacte commis:
sis palpebris de albo appareat, modo non ex alvi pro:
fluvio aut medicamenti potione accidat, malum sig:
num est & valde perniciosum.

Commentarius.

Sensus huius aphor. habetur etiam 1. prog. 7. his verbis Considerare etiam oportet suspectiones oculorum per somnum. Si n. aliquid ex albo subapparuerit, non commissis palpebris, non ob ventris fluxum, aut medicamenti potionem, vel non sic dormire assueto, malum signum est & lethale valde. Ratio est apud Gal. in Com: quia omnis immodica evacuatio exsiccat, & palpebræ immodice exsiccatæ, non possunt integre claudi: exsiccantur a à cā manifesta, ut ob magnam aliquam evacuationem, aut à febris vehementia. potissimum v. palpebræ quæ ex natura siccæ sunt, & pauci admodum caloris & humoris: Contingit etiam fieri ob potentiæ moventis imbecillitatem; & hæc duo ultima lethalia censentur.

APHORISMUS LIII.

Deliratio quæ cum risu fit, tutior: quæ vero cum studio, periculosior.

Commentarius.

Delirant ægri imaginib. quibusdam internis facultatib. sentientib. oblatis, quarum gratia quæ non sunt, esse putantur: Has imagines mutant vapores humorum, uniusquisque pro sua natura, sanguin: grata præsentat, atque inde risum movet. Melancholia rerum tristantium imagines offert. Bilis flava aut atra iram movent atque furorem. Propterea ex delirij specie periculum agnoscere docet Hip: siquidem quando deliria fiunt cum risu, morbus à sanguine ortus statis, ac magis securus quoniam pendet ab humore benigniore. Quando v. cum studio, aut solicitudine & pertinacia fiunt deliria, bilem flavam aut atram, aut fæcem ipsam sanguinis, sive melancholicum humorem ostendunt, quod multò est deterius, & cum majori periculo fit: siquidem ab eis morbis minus liberantur ægri, & tardius. Si bilis atra fuerit causa minus liberabuntur: si melancholia tardius.

APHORISMUS LIV.

In morbis acutis cum febre luctuosa suspiria, mala.

Commentarius.

Duæ respirationum sequuntur eam diversitatem duasq quæ in pulsib. reperiuntur. In pulsibq a. duæ quædam sunt systimaticæ inæqualitates: quæ in diversis contingat pulsibq, quædam in uno tm ictu sunt: sic etiam in respirationibq, quædam sunt inæqualitates in diversis distensionibq, aut contractionib. thoracis, à naturalib. & inter se dissidentes; quædam in unica tantum inspiratione, aut exspiratione inæquales, & ex ijs quædam intersectæ, quarq Hipp. meminit. In præsenti n: aphor: meminit ejus inspirationis quæ in medio est intercisa, de qua dixit Luctuosa suspiria. Sunt n: hæ inspirationes intercisæ, quatenq lugentes, pueri præsertim medio tempore intersecant inspirationem, & rursus ad inspirandum redeunt. Talis a. inspiratio aut sequit virium imbecillitatem quæ nequeunt uno impetu thoracem elevare & respirationem ad finem perducere, aut instrumentorum duritiem vel a frigore vel à siccitate factam. Id acutis sane passionib. quæ aut continuæ febres sunt, aut eas adjunctas habent, non evenit inobedientia instrumenti a frigore, sed a siccitate, quod malum fere est immedicabile.

APHORISMUS LV.

Dolores podagrici vere & autumno magna ex parte moventur.

Commentarius.

Hæc sententia de omnib. morbis articularis intelligi debet: siquidem vere & autumno magna ex parte eos fieri videmq: Vere enim fiunt morbi diffusis humorib. qui concreti detinebantur hyeme: accedit a. robur virium pellentium ea quæ aut quantitate gravant aut qualitate molestant; utriusqq tn̄ generis excrementa hyeme gravant: Vere autem pelluntur à nobiliorib. in minq nobiles particulas, quales

sunt articuli. Autumno item tales morbi moventur, tussis ad articulos excrementis mordacib. quæ æstate gignantur, autumno v. continentur, & ab ambientis frigiditate coercentur. His igi temporib. podagrici morbi moventur plerumq; fit n: fieri ut etiam moveantur alijs temporib. ut æstate aut hyeme.

APHORISMUS LVI.

In morbis melancholicis ad has partes sunt decubitus periculosi: aut n: apoplexiam corporis, aut convulsionem, aut furorem, aut cæcitatem significat.

Commentariq.

In morbis melancholicis hæc solent sperari, si morbi non absolvantur omnino dissoluta & vacuata caa, sed fiat ejus in partem aliam transpositio: ut sæpe in longis morbis accidit. Transfertur a. humor aut a liene obstructo, aut inflammato, aut à venis per quartanas febres, aut à capite ipso per melancholicam morbum. — Succedunt autem morbi atq; hi periculosi, quoniam aut difficile aut nunquam sanantur. Aut n: transit in ventres cerebri atq; substantiam ipsiq occupat melancholia, & fit apoplexia. Quamvis à pituita fere semper fiat, aut sanguine pituitoso. Dixit a. apoplexiam corporis quasi dicat, totiq corporis ~~d~~issolutionem & relaxationem. Aut transponitur humor in ~~[illegible]~~ nervos, & efficit convulsionem. Aut ubi melancholia ustione genita fuerit, in cerebro existens mutat temperamentum, quod est ad animam converti, & efficit furorem. Aut ad oculos convertitur, præsertim ad meatus opticorq nervorum & eos obstruens efficiet cæcitatem. Notum a. est quam difficile curentur morbi à melancholia pendentes.

APHORISMUS LVII.

Apoplexia autem fit maxime à 40 anno ad 60.

Commentarius.

Apoplexiam fieri ab humore melancholico fieri docuit aphorismo præcedenti; hic a. quo ætatis anno accidat, à 40 sci: anno usq; ad 60

In qua ætate maximè viget humor melancholicus, eadem omnino ratione qua inter anni tempora in autumno. Nam quemadmodum in autumno humor ustione genitus, æstate cohibetur ab ambientis frigiditate, ne dissolvatur, ita humorem in juventute genitum ustione ex flava bile, ætas à 40 anno sequens frigiditate sua servat, & ita abundat melancholia à 40 anno ad usque sexagesimum.

APHORISMUS LVIII.

Si omentum exciderit necessario computrescit.

Commentarius.

Omentum græcis ἐπίπλοον est pars pinguis infra Epigastrium, sive Abdomen. Hæc vulnerato abdomine quandoque excidit extra vulnus, & ibidem refrigeratur, idque plus aut minus pro aëris ambientis temperatura, & pro ratione moræ. Quod si refrigeratum omentum inde liveat, aut denigretur, non licet ipsum reducere antequam pars ita mutata secetur: quoniam ut inquit necessum est ipsum putrefieri. Si v. non mutetur adeo manifeste, ut mutet colorem modo dicto non necessum est ut putrescat, neque partem aliquam ejus secare oportet; Nec est intelligenda hæc sententia ita stricte.

APHORISMUS LIX.

Quibus diuturno dolore ischiadico vexatis, femoris caput coxâ excidit, rursumque recidit, iis mucosa eo loci inest pituita.

Commentarius.

Si quis coxendicis malum diuturnum patiatur ita ut coxa excidat, & rursus incidat, signum est mucores eam partem relaxare, ita ut facile ob ligamentorum laxitatem os femoris quod coxæ committitur, excidat ex cavitate sua, ac rursus facile reducatur. Constat a. viscidum ac mucosum humorem in ea parte contentum posse dicta ligamenta relaxare, non alium. Extenuatio maxime juvat ad ossis femoris excidentiam & reincidentiam; Qui boves finiente hyeme ob pastus inopiâ extenuati hanc luxationē patiuntur: Præterea mucosus humor iis mactatis apparet.

APHORISMUS LX.

Quibus diuturno dolore ischiadico vexatis, femoris caput coxa excidit, iis crus contabescit & claudicant si non urantur.

Commentarius.

Hic aphor: rectè annectitur praecedenti; Loquitur n: in utroque de malo diuturno coxendicis, in quo coxa idest os coxam ingrediens, excidit. Duo n: autore Hip: inde sequuntur mala, alterum est contabescere crus, nam tum ob pituitae frigiditatem, tum ob defectum exercitationis, alimentum non suggeritur parti, & ob atrophiam contabescit. Alterum malum est claudicatio, siquidam nullam habet os cruris firmitatem, cùm facilè excidat. Quod si uratur non perinde claudicabit, quoniam ustio mucores absumet, & cutem duram ac firmam reddet, quae deinde non facilè cedet ossis luxationi. Parat etenim ad id cutis laxitas quam maximè, autore Hippocrate libro primo de articulis, quo libro eadem de causa humerum docet urere.

APHORISMORUM HIPPOCRATIS SECTIONIS SEPTIMÆ

APHORISMUS I.

In morbis acutis frigus partium extremar. malum.

Commentarius.

Sensus huius aphor: coincidit cum illo 4. aphor: 48. Non tantum ob visceris alicuius inflammationem contingit in acutis morbis extremas partes refrigerari; sed fit etiam ob innati caloris imbecillitatem, qui non valet extremas partes attingere, etsi febris adsit. Fit quoque ut extimæ partes refrigerentur ob nimiam crassitudinem & multitudinem humorum calorem opprimentium. Et fit quandoque ob doloris alicuius vehementiam, ob quam videmus ægros rigere, & in toto corporis ambitu refrigerari. Id vero quam malum sit notum est. Pertinet autem ferè tota hæc sectio ad prædicendi artem.

APHORISMUS II.

Propter os ægrotans caro livida malum.

Commentarius.

Lividus color aut significat internam inflammationem ob quam extimas partes livere contingit retracto calore, aut nativi caloris extremam ferè imbecillitatem & mortificationem. Cum igitur os ægrotat, si malum carni adeo grave communicetur, ut livescat, malum est, significat enim malam inesse ossi putredinem, quæ calorem nativum extinguit, aut quæ ad ipsius extinctionem sequitur.

APHORISMUS III.

A vomitu singultus & oculorum rubor malum.

Commentarius.

Si præcedente vomitu singultus maneat ~~indicat~~ & rubor oculorum

indicat inflammationem ventriculi aut cerebri. Si n: singultus humores mordentes sequeretur, vomitus cessasset, si à nimio vomitu sicca intemperies manens singultum efficeret, oculos rubeos n̄ efficeret. Propterea si duo ab Hip: dicta à vomitu adsint, inflammatio erit in causa ventriculi aut cerebri. Nam ventriculus inflammatus singultum adfert & oculorum ruborem. Cerebro v. inflammato oculi rubent, & ventriculus per consensum singultit. Malum a. est alteram harum partium inflammari. Nec dubito saepe fieri, post vomitum biliosorum humorum mordentium, quorum pars n̄ potuit vomitu rejici, singultus maneat, & ob vehementiam motus & conatum ad vomendum, oculi rubeant, nec perinde adesse inflammationem alicuius dictarum partium, esse necessarium. Erit a. malum fuisse finitum vomitum & affectum non fuisse curatum.

APHORISMUS IV.

A sudore horror non bonum.

Commentarius.

Quemadmodum in aphor: 56. sect: 4 dixit Febricitanti si sudor superveniat, febre non deficiente malum; prorogatur n: morbus & multam sciat humiditatem: ita modo horrorem qui a sudore sequitur dicit non esse bonum. Eadem n: est sententia. Causa namque ob quam malum esse dixit non deficere febrem à sudore, est, quia significat magnam causam, & vires non admodum valentes, & inde morbi longitudinem. Decretoria siquidem quae non decernunt ipsa difficulter decernunt, & quaedam lethalia sunt. Ita etiam si sudore finito aeger horrere incipiat, indicium est imperfectam fuisse judicationem, & multam adesse causam, & inde longum futurum morbum quod bonum non est. Potuisset jure dicere malum.

APHORISMUS V.

Ab insania difficultas intestinorum, aut hydrops, aut ecstasis bonum

Commentarius.

Sunt multorumque morborum alii morbi curatores. De quib. duos scribit Hipp: qui furorem curant. Alter est difficultas intestinorumque, non ea quae proprie talis est cum intestinorumque ulcere, sed ea per quam sanguis melancholicusque per intestina dejicitur. Sanat n. maniam revulsionis aut vacuationis ratione. Praeterea aqua intercutem liberat a furore translato humore in lienem & jecur, & deinde intra ventris cavitates & peritonaeum. Addit etiam symptoma quoddam, quo in meliorem statum transferri vult furibundos, id vero est ἔκστασις sive magna mentis perturbatio. Haec n. maniam ea ratione facit in melius mutari, quoniam juxta indicationes solent magna symptomata supervenire, ac fiant paulo post futuram sanitatem, aut in melius mutationem.

APHORISMUS VI.

In morbo diuturno cibi fastidium & syncerae dejectiones, malum. Commentarius.

In morbis longis in quib. salus speratur, ciborumque appetentia adesse solet, quoniam affectus frigidus est, & frigiditas ventriculi appetitum ciborum movet, nisi forte ad mortificationem nativi caloris, & sensus magnam hebetudinem perducantur, quorumque alterum adesse significabitur ciborum inappetentia. Dejectiones item syncerae in morbo longo significant periculum, siquidem tales dejectiones non tantum non coquuntur, sed intensam admodum caliditatem, aut vehemens frigus ostendunt; sola n. bilis ac synceratione gratur, absumpta natura humiditate, quae in singulis humorum est ipsorumque serum, & nimia frigiditas inest syncerae pituitae quae nullam habet alterius humoris permistionem. Serum autem ipsius nimia frigiditate exprimitur relicta pituita crassiori.

APHORISMUS VII

Ex multo potu rigor et delirium malum

Commentarius.

A multo potu vini de quo Gal: vult intelligendam sententiam delirare solent hoïes turbata mente. Non rigent a. nisi ad id mali perventum sit, ut vasa immodicè repleantur, & natura tentet abundantiam trudere, quod in rigorib. fit. Malumq; ideo significare dixit, quoniam nimia oppressio per vini potatione, aut extinctionem nativi caloris aut apoplexiam minatur.

APHORISMUS VIII.

A tuberculi intus ruptione exolutio, vomitio, & animi defectio fit.

Commentarius.

Quia hoc loco significat tumorem omnem præter naturam qui celeriter tendit in suppurationem. Hunc contingit intro rumpi ad ventriculum, quod significat vomitg in præsenti dictg: ad hanc rupturam duo sequi solet, dissolutio & animi deliquium; quorum alterum ad vitalem, alterum ad animalem facultatem pertinet. Exolutio enim vitalis facultatis fit, quia cor ventriculo compatitur, & puris fumg aut fœtidg vapor spiritum vitalem corrumpit. Deliquium animi fit consentiente animali facultate medio corde, ac per nervos sexta coniugatis.

APHORISMUS IX

A sanguinis profluvio desipientia aut etiam convulsio malum.

Commentarig.

A sanguinis profluvio multa mala atq; mors ipsa sequi solet, ut 5. aphor: 16. dixerat. Sanguine n: immodice fluente nativg calor dissolvitur, universum corpg refrigeratur, & pulsg languet ac deficit. Animalis quoq; facultas laborat, tum sentiens, tum loco movens. Sentiens sanè quæ interna est cum non habeat spirg animalis copiam: non valet formas rerum componere, sed singula confun-

dens delirare cogitur. Cum minime constet ad aliquid componendum & agnoscendum. Labotante facultate quæ loco movet, ob inopiam sanguinis & spiriꝰ nervorꝫ convulsio fit, quæ siccitatem sequitur. Delirium malum est sed quod per refectionem sanguinis facile curetur. Convulsio majus malum est: Conjuncta autem ambo maximum erit.

APHORISMUS X.

Ab Ileo vomitus, & singultus, vel convulsio, vel desipientia, malum.

Commentariꝰ.

Ileos inflammatio est in intestino ileo; quæ dispositio lethalis est, & plerumqꝫ interimens. Affert a. quandoqꝫ prava symptomata de quib. est vomitꝰ, conante naa causam mordentem, aut eam quæ dolorem efficit atqꝫ inflammationem, deorsum pellere: facta a. compressione quod deorsum non cedit cogitur sursum repelli vomitione. Solet quandoqꝫ concitari singultus mordentib. excrementis ad os ventriculi ascendentibꝰ. Consentiente a. cerebro, si malum facultatem animalem sentientem offendat fiet delirium: si moventem convulsiones quandoqꝫ fient.

APHORISMUS XI.

A Pleuritide peripneumonia, malum.

Commentariꝰ.

De pulmonia superveniente morbo laterali dicit malam esse, ostendens eam esse copiam mali humoris morbum facientis, ut membranam subcingentem costas, atqꝫ ipsum pulmonem occupet. Non nihil loquitur Hipp: de pulmonia quæ sequitur pleuritidem quæ cessavit, sed de ea quæ fit pleuritide adhuc manente. Quod si de ea pulmonia quæ succederet loqueretur vera quoqꝫ esset sententia. Malum etenim est pulmoniam evenire pleuritide cessante: quoniam laborans pleuritide jam languidꝰ e morbo, difficile ferret alterum, & quoniam pulmonia majus malum est pleuritide. Suavis

enim pleuritis cum dolore fiat, pulmonia v. sola gravi sensatione; hæc citiq hominem strangulat; A pulmonia v. pleuritis raro sequitur, ob id, quod aut per sputum purgatur, aut hominem citiq strangulat quam in pleuritidem mutetur. Quod si superveniat malum quoq erit ut constat.

APHORISMUS XII.

A Peripneumonia phrenitis malum.

Commentarius

Peripneumonia sæpe delirare facit quoniam vapores ascendentes ab inflammatione pulmonis valent mentem interturbare. Quod ea ratione malum est qua magnitudinem sciat inflammationis & cerebri per consensum læsionem. Quod si de vera phrenitide loquatur hæc mala est superveniens pulmoniæ, ut patet.

APHORISMUS XIII.

Ab ardorib. vehementibq convulsio aut tetanus malum.

Commentarius.

Ad vehementem calorem aut ardorem fortem non solent convulsiones aut distensiones supervenire, nisi ob nimiam ariditatem. talis autem dispositio aut immedicabilis est, aut difficilè admodum curatur, & ita malum rectè dixit.

APHORISMUS XIV.

A capitis ictu stupor aut desipientia malum.

Commentariq.

Cum caput percussum fuerit valido ictu, lapide, aut ligno, aut ferro contundente potiq quam scindente, aut homine ab alto cadente, solent percussi mente turbari, & attoniti manere perterritorum instar, animali facultate in totum soluta, & à suo munere cessante. Solent etiam ad se redeuntes delirare aliqua ex parte restituta animali facultate, fiunt quoq attoniti percussi

vulnere ad membranas & cerebrum ipsum penetrante, & calva-
ria fracta, atq; esse aliquo fracto comprimente cerebrum. Sed si
hi sopore detinentur alto, & oculos claudunt, non omnes. Attoniti
quoq; manent & toto corpore stupidi, ob magnam cerebri concussio-
nem sine vulnere effatu digno. Quod ex alto loco cadentib. eveni-
re conspeximus multoties, quos etiam non multo post restitutos vi-
dimus. quod non accidisset si vulnus aut fractura effatu digna ip-
sis contigisset. Solent a. hi antequam in totum restituantur deli-
rare. Quapropter non opus est ab accidentibus scriptis in aphor: col-
ligere vulnus calvariam penetrasse, aut cerebrum ipsum violasse.

APHORISMUS XV.

A sanguinis sputo puris sputum, malum.

Commentarius.

Sanguis spui solet rupta vena quapiam in pulmone, pus v. spuitur
ab inflammatione rupta, aut ulcere pus generante. Quoniam v. per
inflammationes sanguis non spuitur, de eis non est aphor: sed de ul-
cere pulmonis a quo primo manat sanguis resudatione, aut vulnere
aut exesione. Puris v. sputum significat non fuisse ulcus consolidatu
sed opus esse detersione ulceris, & deinde consolidatione, antequam
phthisis fiat quod malum esse constat.

APHORISMUS XVI.

A puris sputo phthisis & fluxio: cum vero sputu
retentum fuerit, moriuntur.

Commentarius.

Si sanguinis sputum, in sputum puris eat, a puris sputo tabes
speratur, nisi cito pus repurgetur. Nam ad pulmonis ulcera totius
corporis sequitur consumptio cum febre habituali, sequitur quoq;
fluxus capillorum, aut fluxus ventris teste Gal: in com: dicens vo-
cem fluxio alterum horum significare, quæ duo Hip: ut signa ma-
la tabidorum scripserat 5 aphor: 11 & 14. Quod si sputum retine-

atur morientur sane. Nam sputi purgatione servant respirationem & vitam, retento v. sputo strangulantur citius quam aut ventre aut capillis fluentib. quamvis & ad hæc non longè mors sequatur.

APHORISMUS XVII.

Propter jecoris inflammationem singultus, malum.

Commentarius.

Malum esse dicit si quis jecoris inflammatione laborans singultiat, significat enim magnam esse inflammationem, quæ secum in consensum ducat ventriculum per communes nervos sextæ conjugationis. Huic rationi Gal. addit bilis generationem quæ inflammato jecore augetur, fervensque ad ventriculum missa mordens, singultum movet. Quemadmodum & ab magnitudinem comprimens ventriculum singultum movere posse non est dubium.

APHORISMUS XVIII.

Propter vigiliam convulsio aut desipientia malum.

Commentarius.

Convulsio ad vigiliam sequens sicca est ac proinde mala; & delirium biliosos ostendit factos humores; siquidem vigilia siccat, & bilem auget.

APHORISMUS XIX.

Ab ossis nudatione erysipelas.

Commentarius

Aphorismus hic unum duorum significat, aut ab osse nudato erysipelas, quæ passio carnis est: aut ab osse nudato: ubi sequatur erysipelas, malum significare. Hoc secundum verum est quoniam malum significat grave, & quod os rursus carne tegi non possit nisi curato erysipelate. Si prius verum fuerit.

APHORISMUS XX.

Ab erysipelate putredo aut suppuratio malum.

Commentarius.

Magnam corruptionem significat adesse ubi cum erysipelate putrescit caro, ad putrefactionem v. sequi suppurationem quandoque notum est. Putredinem a. & suppurationem carnis quae erysipelate molestatur, intelligendum est. Haec conjungi erysipelatib. videmus, si phlegmonen conjunctam habeant: quod quidam patiuntur in facie & palpebris, alij in fronte &c. Illi quoque qui cum bile commixtam habent melancholiam phagedaenam, & cancrum patiuntur, in quib. cum erysipelate adest putredo, & puris effusio.

APHORISMUS XXI.

A forti in ulceribus pulsu haemorrhagia est malum.

Commentarius.

Ulcera patiuntur aliquando inflammationem adeo magnam, ut pulsus in ipsis sentiatur vehemens. Sentiri sane pulsum contingit quia caro ab arterijs comprimitur, ad quarum pulsum manifesta fit compressio partium, quae alioquin inflammationis ratione sunt oppressae. Malum a. est partem ulceratam magna inflammatione vexari, & inde in ea parte vehementem pulsum sentiri. Sanguinis a. αἱμοῤῥαγίαν, sequi quoque testatur, haec a. est sanguinis fluxus ex narib. teste Gal. l. 5 de morb. pop. part. 5. com. 9. dicente vocat a. Hipp. αἱμοῤῥαγίαν ubi non adjecerit partem ex qua sanguis vacuatur, sanguinis ex naribus fluxionem. Haec a. jure sequitur ad vehementes pulsus in ulceribus, quae nihil mali significat.

APHORISMUS XXII.

A diuturno partium ad ventrem attinentium dolore, suppuratio

Commentarius.

In hoc aphor: non tantum malum nullum supervenire diuturnis

doloribꝰ partuum quæ sunt circa ventrem scribit Hipp. sed bonū potiꝰ suppurationem dicens. Hæc autem sequitur prædictos dolores, ubi a flatu non fiant, neqꝫ ab acribꝰ humoribꝰ sed ab inflammatione. Perseverante enim dolore, si mors non præveniat suppuratio fiet. colliges q. dolorem cum ab inflammatione fieri, si adhibitis remedijs opportune non curetur attemperamento aut dissolutione. Attemperamento n: curatur intemperies, dissolutione b. flatus, & tumor qui dissolventibꝰ cedat, qui vero non cedit, & à calidis humoribꝰ dolorem facientibꝰ fit, inflammationem facit, quæ suppurabitur non præveniente morte suppurationem.

APHORISMUS XXIII

A syncera dejectione dysenteria.

Commentarius.

Dejectiones synceræ quænam sint supra aphor: 6 dictum est. Galenꝰ quoqꝫ melancholicas aut biliosas tales asserit. Verum tales synceræ cum fuerint: & humiditate privatæ intestina detergentes & abradentes, dysenteriam facile inducent.

APHORISMUS XXIV.

Ab ossis vulnere delirium si in vacuum usqꝫ penetraverit.

Commentarius.

Fieri sane pt ut discissio ossis capitis, de qua præsens est sermo ut vult Gal. ad cavitatem perveniat, neqꝫ tamen æger deliret. quod sæpe fieri videmꝰ adhuc membrana ipsa dura læsa. Verum Hipp: quod magna ex parte fieri vidit id docuit.

APHORISMUS XXV.

Ex medicamenti purgantis potu convulsio lethalis.

Commentarius.

Hic aphor: gratior est primo sect: 5. quoniam hic de convulsioē sequente purgatione à quovis medicamento purgante factam, ille

de sola ea quae ab elleboro fit scribitur. Utcunque tamen magnae evacuationes siccas convulsiones afferunt, quae fere immedicabiles sunt.

APHORISMUS XXVI.

Propter vehementem dolorem partium ad ventrem extremorum perfrigeratio malum.

Commentarius.

Dolor omnis naturam commovet, ipsa v. sanguinem & spiritum ad dolentem partem transmittit veluti copias auxiliares, interim tamen cum haec partes alias deserant necessum est ipsas refrigerari. Dolentib. itaque partib. quae ad ventrem sunt extremae ut manus, pedes, caput & cutis universa frigidae relinquentur; sed & fit ut partes extremae refrigerentur ob caloris nativi languorem, & nimiam ejusdem oppressionem, & ob animi deliquium, aut ob visceris cujusvis inflammationem, de qua primo aphor: huius sect: diximus.

APHORISMUS XXVII.

Mulieri gravidae si tenesmus supvenerit abortum facit.

Commentarius.

Si Mulier dolet ob recti intestini inflammationem, & causa doloris in vanum conatur expellere, ex vehementi labore ad imas partes compresso ventre fiet ut foetus quoque expellatur ex impulsu.

APHORISMUS XXVIII.

Sive os, sive cartilago, sive nervus sectus fuerit in corpore neque augetur neque coalescit.

Commentarius.

Hic aphorismus expositus est abunde aphor: 19 sect: 6.

APHORISMUS XXIX.

Si ei qui ab alba pituita molestatur vehemens—

diarrhæa superveniat, solvit morbum.

Commentarius.

Quod fluxus ventris quem diarrhæam vocant, leucophlegmatiam sanet, ut in hoc habetur aphor: atque omnem malorum succorum redundantiam, notissimum est: verum quod in hoc aphor: speciatim significare voluit, id est non tantum diarrhæam esse convenientem ad curationem ejus speciei hydropis, sed vehementem esse debere, sive diuturnam. Quoniam adeo magnam abundantiam ut possit universum corpus in tumorem œdomatosum elevare, non nisi magna vacuatio sanare valet.

APHORISMUS XXX.

Quibus per diarrhæas spumosa sunt alvi excrementa ijs à capite fit defluxio.

Commentarius.

Spumosæ dejectiones fiunt ubi in ventre spuma gignitur, aut a vasis ad ipsum transfundatur, aut a capite descendat. Quare cum spumosæ dejectiones fiant à pluribus causis, recte dixit Gal: indistincte loquutum fuisse Hippocratem. Nec salvat ipsum quod quidam dixit aphor: esse de his quæ plerumque eveniunt. Nam spumosæ dejectiones majori ex parte fiunt à calore ventris aut venarum agentium in lentam pituitam. Spumæ a generatio motu fit, ut in patientib. epilepsiam, & mari ventis agitato. Fit etiam à calore subjecta pituita, ut in colico morbo dejectiones apparent, & in febrib. pituitosis, & lebetibus efferwescentib. succis. Ambæ causæ conjunguntur in equis ex celeri cursu. Spumosum a pulmone in ventrem defluere posse Gal: in Com: docet, & lib. 6. de locis pat: c. 4 de pulmonis abscessu.

APHORISMUS XXXI.

Quibus per febres in urinis sedimenta crassiorem farinæ referunt, longum morbum fore denuntiant.

Commentarius.

Sedimentum referens speciem farinæ crassioris damnatur hic & lib. 2. progn: hic hanc longitudinem morbi significare dicens, illic malū sive mortem. In quibus enim facultas valida est & quæ morbum ferre possit, prorogabitur morbus, quoniam crassus humor, qualis qui sedimentum prædictum facit, non nisi longo tempore vincetur, ut æger liberetur à morbo. Languentib: q. virib. morbus citò finietur & ad malum. Morbus itaque ad salutem & ad mortem non eundem habet terminum.

APHORISMUS XXXII.

Quibus in urinis biliosa sedimenta, sed supra tenuia apparuerint, acutum morbum significant.

Commentarius.

Sensus hujus aphorismi facilis ac verus est, quo docet si post contenta tenuia supernatantia sequantur hypostaseis biliosæ morbum acutum significari, quatenus biliosi acuti sunt, & maximè si ex crudis cocti jam appareant. Supra hic stat locum superiore quo continetur contentum tenue idest aquosum, quo ibidem apparente urina dicetur aquosa & cruda, quæ non significasset acutum morbum sed longum. Supra etiam temporis rationem significare potest, ob quam hypostaseis primum tenues apparent, & postea biliosæ acutum morbum significantes quod verum est.

APHORISMUS XXXIII.

Quibus diversæ fiunt urinæ, iis vehemens est in corpore turbatio.

Commentarius.

Magna turbatio atque confusio adest in corpore, quoties quosdam humores coquit ac superat natura, alios superare non valens. Quod ostendunt urinæ dissidentes, colores vid: substantia aut contento diversæ: Differentes humores ostendentes temperatura, ac

substantia. Hinc quoque morbi longitudinem prædicere licebit, siquidem temporis longo spatio erit opus si natura omnes eos ad unam formam & speciem reducere debet, & quoniam interim cum multis est pugnatura.

APHORISMUS XXXIIII.

Quibus in urinis bullæ supernatant, nephritim, & longam fore invaletudinem significant.

Commentarius.

In morbis renum pendentib. a crassis humoribus bullæ solent in urinis supernatare, generationem quidem habentes a crasso humore, præsertim tenaci & viscido, qui a calore in bullas vertitur intercluso flatu. Supernatant a. ob levitatem, quoniam à flatu sublevantur. Crassi a. humores quique frigidi sunt, longum efficiunt morbum, tales etenim sunt omnes morbi qui a simili pendent causa.

APHORISMUS XXXV.

Quibus in urina adiposis superficies est et conferta, ijs nephriticum & acutum morbum adesse scias.

Commentarius.

Si in urinis appareat pinguedo notum est ipsam esse supernatantem, ex pinguedinis natura, verum si hæc sensim descendat, quod fiet ubi febris aliqua vehemens membrorumque pinguedinem colliquaverit, acutusque morbus erit, sed non renalis. Cum a. accumulatum pingue descendit, id vitium renum est, atque acutum. Prog: tamen 3. lib. 2. colliquationem dixit significare urinam cui supernatant pinguedines aranearum telis similes.

APHORISMUS XXXVI.

Quibus autem nephriticis, præter supra dicta signa, dolores etiam circa spinæ musculos fiunt, siquidem ad loca exteriora vergant, abscessum extrinsecus fu-

turum, si vero magis ad interiora abscessum introrsus potius futurum exspecta.

Commentarius

Si apparuerint signa in præcedentibus aphor: duob. enarrata, & accesserit prætorea dolor musculorum dorsalium, abscessus futuros exspectare docet, sed cum distinctione quæ ad locum patientem pertinet. Sunt enim musculi dorsales quidam interni qui ad renes pertinent, quidam externi sive extra dorsum. In qua parte v. dolor fuerit in ea abscessus sperandus est. Solet n: per communes venas renum & lumborum humor in eos musculos transfundi, & à renibus distrahi in partem aliquam de dictis in qua abscessum facit. Id v. magna ex parte dixit fieri. sæpe n: accidit ut qui talia patiuntur liberentur à morbo renali, humore per urinā excreto aut in aere dissoluto.

APHORISMUS XXXVII.

Qui sanguinem vomunt, si absq; febre salutare: si cum febre malum: curatur autem refrigerantibus & adstringentibus.

Commentarius.

Pars huius aphor: prima est prognostica; altera curativa. In prima docet sanguinis vomitum sine febre esse bonum; cum febre vero malum. Verum cum aphor. 25 dixerit, sanguinem qualemcunq; supra malum esse, & id citra distinctionem dictum sit: relinquum est ut bonum sive salutare idem sit quod minus malum. Nam minus periclitantur qui sine febre sanguinem vomunt, atq; plures ab ea dispositione liberantur, cum qua febris non jungitur: quamvis cum febre & sine febre sanguinem vomere, sit malum. Docet autem ulcus ventriculi curare ubi cum febre non fiat, quia id non habet conjunctam inflammationem, adstringentib. & refrigerantibus, talia n: consolidant ulcera & sanguinis fluxum compescunt.

APHORISMUS XXXVIII.

Destillationes in superiorem ventrem suppurant intra dies viginti. Commentarius.

Terminum præfinit quo suppurari solent defluxiones quæ fiunt ad pulmonem & thoracem. Cavitas enim thoracis hic superior venter appellatur. Quod v. tumores, & humorum collectiones quæ defluxione fiunt ad thoracem, in 20 dieb. suppurentur, ideo fit, quia locus calidus est, & morbus eorum locorum acutus, terminus verò dies 14 ex iis quæ ab Hipp. alias dicta sunt. Est a. 14 terminus interius morborum acutorum; exterius autem vigesimus est, intra quem limitem solent suppurari tumores qui morbos faciunt acutos, quales sunt qui ad superiore ventrem spectant.

APHORISMUS XXXIX.

Si quis sanguinem aut grumos mejat, aut urinam guttatim emittat, dolore ad perinæum, aut hypogastrium seu pectinem pertinente, ad vesicam loca laborant.

Commentarius.

Hic idem est cum 80 sectionis quartæ aphorismo.

APHORISMUS XL.

Si derepente lingua incontinens fiat, aut aliqua corporis pars attonita stupeat, signum est melancholicum.

Commentarius.

Subitam incontinentiam linguæ & partis alicuius resolutionem dicit significare melancholicum humorem. Quod si crassum humorem in causa dixisset esse, in universum vera esset sententia. Nam intemperies subito non evenit, & tenues humores non solent

obstructiones efficere, a quibus incontinens fit lingua, & patti alicui advenit resolutio, nisi inflammationem efficerent. Sed hæc non fit repente. Crassi & humores quidam sicci sunt, quidam humidi: utrique facere possunt praedictas passiones: nam pituita non tantum solet subito facere linguæ incontinentiam, qualem affectum ebrij patiuntur, sed & resolutiones & apoplexias. Res hæc plana est. Humorem & melancholicum hæc eadem facere posse non est dubium, sed pituita frequentius efficit.

APHORISMUS XLI.

Si senibus supra modum purgatis singultus accidat non bonum.

Commentarius.

Quamvis Hip: aphor 4 sect: 5. dixerit malum esse ex superpurgatione advenire convulsionem aut singultum: hoc in loco non immerito repetit sententiam de ~~super~~ singultu senum. ibidem etenim dixit malum, hic vero non bonum. Nam etsi in universum malum sit singultum purgationi immodicæ supervenire: senibus tamen non est adeo malum, qui naturali temperatura sicci sunt, & malum sequens immodicas purgationes facile sentiunt. Ideoque cum non admodum malum sit, uti in alijs ætatibus, in quibus tardius ad ariditatem quæ singultum adducat pervenitur, recte non bonum esse dixit, & senum particulariter meminit.

APHORISMUS XLII.

Si febris non a bile fuerit, multa aqua calida capiti superfusa febrem solvit.

Commentarius.

Gal. in huius apho: Com: conatur, uti solet, veram facere Hip: sententiam, qua docet in febribus alijs ab ijs quæ a bile fiunt

multam aquam calidam capiti perfusam curare febrem, quod
de balneis in universum intelligit. Convenit enim febribus hecti-
cis quibus non est conjuncta inflammatio, aut alterum febris ge-
nus, & febribus diarijs quæ fiunt ex lassitudine, obstructione, re-
frigeratione, aut exustione: non convenit tamen eis quæ à bile pu-
trescente fiunt, sive flava sive atra fuerit, nisi opportune adhi-
beatur coctis humoribus, atque pro majori parte purgatis. Hipp.
namque sine hac distinctione absolute loquitur. Neque contradicit
huic sententiæ, quod febribus ortis ab inflammatione jecoris, & li-
enis, pulmonis & similib. balneum noxium sit. Nam cum Hip.
dixit in febribus, solas eas intellexit quæ non sunt aliorum morbo-
rum symptomata sive febres accedentes, quales sunt quæ sequuntur
partium inflammationes. Febres a à sanguinis putredine or-
tas, jam quodammodo biliosas esse recte quis affirmaverit. In
his v. quæ à pituita putrescente fiunt non videtur aphor: verus,
nisi pituitam quoque putrescentem in bilem verti dixerit, quod n.
placet. Sicuti neque illud quod docuit lib. 6. de morb. pop: part.
5. cum inquit. Elleborum bibentem citius purgare si velis lava-
re atque comedere. Cui sententiæ subscribit Gal: in Com: dicens:
Quo itaque modo quibus est sanguis crassus lotis, his sanguinem
detrahi præcipit, ita & quos purgaturi sumus, lavacris esse utendum,
ut tum citius, tum citra molestiam magis expurgentur. Placet
sane lavare eos qui crassis humoribus abundant non tamen multis
sed ipsis alia ratione prius attenuatis, & magna parte purgatis. La-
vabat a. Hipp: eos qui multos & crassos humores congesserant, quos
videlicet ad eam quæ per Elleborum purgationem præparabat. Hanc
nostram sententiam comprobat Gal: infra comm: 46. dicens. Neque e-
nim, neque balneum tollerat plethorica dispositio; & infra Si vero mul-
titudo fuerit recte quidem venæ utentur sectione: non recte autem
lavabunt & vinum dabunt.

APHORISMUS XLIII.

Mulier non fit ambidextra.

Commentarius.

Mares fœminis in omni genere sunt calidiores ac robustiores. Quare & si robur viris adesse possit tantum, ut ambas manus dextras habeant, h. e. ut ambabus manibus uti ad exercitationes & validas actiones liberaliter, & facile valeant: non propterea ad idem valebunt fœminæ quibus mollior est musculorum constructio, & paucior calor nativus cum spiritu tum vitali, tum animali. Experimentum quoque comprobat aphorismi veritatem.

APHORISMUS XLIV.

Empyi quum uruntur aut secantur, si purum & album pus effluat, evadunt: si vero subcruentum fæculentumque & fœtidum, pereunt.

Commentarius.

Aphor: hic sicuti neque 27. sect. 6. Docet an empyi secari aut uri debeant, neque qua parte, docuerat autem id libro de internis passionibus dicens. Si tamen pus in pectus erumpit, qua parte tibi videtur significare, ea urens aut secans detrahe parum imprimis. Docet v. hic ex puris natura & ejusdem conditionibus prædicere an æger salvari an mori debeat. Si enim pus album & purum, idest unius formæ fuerit, non ex diversis naturis commixtum liberabitur. Quod si pus fuerit subcruentum colore, cænosum substantia, fœtidum odore morietur. Prognostici 1. ultimo lib. inquit Pus optimum album esse debet, æquale, leve, minimeque fœtidum: Huic vero maxime contrarium pessimum est.

APHORISMUS XLV.

Quibus purulentum jecur aduritur, si purum pus effluat

& album salvi fiunt, in tunica enim ipsis pus continetur
si vero qualis amurca profluat intereunt.

Commentarius.

Exemplo docet quod aphor: 44 dixerat; jecur enim si inflammationem patiatur, & suppuretur, ubi secetur, aut uratur, (quod ratio facere convenit nisi prius rumpatur, & pus intra peritonæum fluctuet) si pus album effluxerit & purum, validam significat coctricem facultatem jecoris, & pus ut inquit Hip: in membrana contineri, neque substantiam jecoris læsisse id vero salutare est. Quod si cænosum effluxerit & amurcæ simile morientur, quoniam invalidam significat facultatem coctricem jecoris, & pus ipsius substantiam penetrasse & putrefecisse.

APHORISMUS XLVI.

Dolores oculorum post meraci vini potum, & aquæ calentis balneum, venæ sectione curato.

Commentarius.

Hic aphor. est 6. 31. Male autem docet curare dolores oculorum primum meri potu & balneis, deinde sectione venæ, si enim adfuerit humorum copia in corpore, balneum & meri potio non convenient ab initio: si vero ea non abundet, sanguinis missio non conveniet.

APHORISMUS XLVII.

Si hydropicum tussis habeat desperatus est.

Commentarius.

Hic aphorismus idem est cum 6 aphor: 33.

APHORISMUS XLVIII

Stranguriam & dysuriam thorexis & venæ sectio solvit.

Commentarius.

In Comment: 36. sectionis 6. hunc aphor: exposuimus quantum attinet ad venæ sectionem. Quod v. de vini potu meracioris dixit, ad nonnullas urinæ destillationes & mingendi difficultates valet, ad eas nempe quæ fiunt à crassis aut frigidis humoribus, aut à spiritu flatuoso, aut frigida intemperie.

APHORISMUS XLIX

Ab angina detento tumor & rubor in pectore superveniens bonum, foras enim morbus vergit

Commentarius.

Hic aphorismus expositus fuit Commentario 36 sectionis 6.

APHORISMUS L.

Quibus cerebrum sphacelo corripitur, intra tres dies intereunt: si vero hos superaverint sanantur.

Commentarius

Σφακελισμὸς de corruptione dicitur, qualis quæ sequitur gangrænam, & de ea corruptione quæ adhuc corrigi potest, sed est veluti incipiens corruptio quo modo hic ab Hipp. accipitur. Talem enim corruptionem, qualis in demortuis particulis invenitur, quæ abscissione & ustione egent, non dixisset in cerebro fieri & posse sanari, ubi tertium excesserit diem. Quando igr cerebrum mortificationi similem patitur dispositionem, ob morbi magnitudinem & vehementiam ~~et~~ citissimè mors sequetur, aut deinde salus sperabitur, tanquam ab acutissimo morbo, cuius terminus est dies quartus. Quod si tertium habuerit æger, vires habere valentes est conijciendum, & salus speranda à sphacelo

APHORISMUS LI.

Sternutamentum cietur ex capite cerebro excalfacto, aut perhumectato spatio in capite inani: aër enim intus

consentus, foras erumpit: strepit autem quia per angustum ipsi est exitus.

Commentarius.

Galenus hunc aphor: abunde declarat in ipsis Comment: quo lectorem remitto. Interim dubium mihi videtur quod Gal. de sternutamento dicit copiam humoris in cerebro sternutationem non facere, nisi in flatuosum spiritum convertatur, argumento sumpto ab ijs qui multum humorem à capite purgant, non tamen necessario sternutant. Cum enim nares intus penna irritamus, sternutatio sequitur: non tamen quoties id facimus convertimus humorem in flatum. Præterea si humor aliquis acris internam narium membranam momorderit, sternutatio commovetur, etiamsi nullus commoveatur flatus. Quod vero ad excretionis tempus attinet, in quo flatus à pulmone sursum fertur, & a capite alter expellitur dicemus flatum excerni per nares & os. Verum is totus a pulmone pulsus in petu magno per nares & palatum mittitur, & pars ejus calvariam penetrat, per palatum & per nares, qui exiens secum defert humorem qui caput gravat, atque eum qui mordet.

APHORISMUS LII.

Quibus hepar vehementer dolet, ijs febris superveniens solvit dolorem.

Commentarius.

Cum dolor aliquis vehemens jecur vexaverit, is autem ab inflammatione procedet, aut a flatu; si ab inflammatione, febrem habebit conjunctam, ac proinde Hip: non loquitur de eo dolore, cum dixerit febrem supervenire; Doloribus autem à flatu febris superveniet, hæc tamen solvit dolorem vehementem; quia flatus à calore febrili dissolvitur.

APHORISMUS LIII.

Quibus sanguinem e venis detrahere conducit, ijs vere

secanda est venæ.

Commentarius

Hic aphor: totidem verbis continetur 47. sectionis 6.

APHORISMUS LIV.

Quibus inter ventriculum et septum transversum pituita concluditur, et dolorem adfert, in alterutrum ventrem viam non habens, iis per venas in vesicam versa pituita, morbi fit solutio.

Commentarius.

Hac parte docet Hipp: unum de naturæ miraculis. ubi enim pituita concludatur inter septum transversum & ventrem, quæ pars intra peritonæum est, & ibi dolorem efficiat, morbi solutionem fieri posse dicit, translata pituita in vesicam. Id sane difficillimum videtur. nulla enim est via cognita, qua humor contentus intra peritonæum transeat in vesicam, aut prius in venas transferatur. Verum ut Gal: in com: inquit: Valenti naturæ non est impossibile invenire viam materiebus, & omnino per vias, non naturæ tantum sed & peritis quoque Medicis incognitas, excrementa transmittit, & ossibus alimenta demandat, & excrementa ossium diffundit & evacuat. Quod lib. 6. de morbis pop: part: 5. ita scripsit Hip: Natura per se impetus, motionesque citra intellectum reperit ut summotare, & ea quibus lingua subservit, & quævis alia similia, indocta existit natura & citra disciplinam oportet facit. Sic miracula in nobis sunt multa. Exemplo sunt in nobis musculorum motus, quos movemus ut membra ipsa pariter moveamus. Nullo prius docente nos aut eos musculos aut eorundem usum ad motum corporis. Et infans ad lac trahendum ex mammis statim natus movet linguam & labia, nunquam ejus rei doctus. Et mirum est imperium animæ rationalis imperantis motum secundum locum cuiusvis partis, ipsa vero statim subaudit voluntatis imperio. &c.

APHORISMUS LV.

Quibus hepar aqua refertum eruperit in omentum, his venter aqua repletur et moriuntur.

Commentarius.

Vidimus sæpe iecur non in nobis tantum sed etiam in animalibus occisis plenum aqua, quoniam in membrana ipsum obvolvente continetur, plures efficiens vesicas. Hæ quoque rumpuntur & aqua defluit intra peritonæum, cui omentum est adiunctum. Hac ratione aqua intercutem quæ ascites dr, generatur. Impleri autem ventrem dicit, idest eam cavitatem quæ intra abdomen est, continet iecur, lienem, ventriculum, intestina, uterum, vesicam, renes. Ab hoc affectu dicit mori ægros, lethalem scribens affectum per quem multi, quin & plures, moriuntur quamvis multi quoque liberentur purgatione, & urinæ provocatione, & ijs quæ humorem resolvunt.

APHORISMUS LVI.

Anxietudo, oscitatio, horror, vinum pari aquæ portione epotum, solvit morbum.

Commentarius

Anxietatem patiuntur ægri quandoque ob humorem aliquem qui gravat, & molestat os ventriculi, & quandoque ob febrium malignitatem, quando videlicet humor malignus est qui febrem facit Exemplum est lib. 3 de morbis popula: par: 2. in historia. Mulierem abortivo fœtu; Cum n: Hipp: dixit ἀσώδης x anxia Gal: in Com: inquit: Verbum anxia, malignitatis febris est inditum. Significat etiam anxietas imbecillitatem facultatis, quam ostendunt languentes nimiam passi vacuationem sanguinis, qui quieti manere nequeunt, sed se a capite in pedes lecti proijciunt, ab ipsum pondere grabatis musculis ipsisque tentantibus meliorem figuram, & cum minori labore invenire. Vinum a modicè temperatum valet abluens & dissolvens malum humorem ve-

triculi. Malignis febribus obest, & causas attemperat ob aquæ mistionem, & vires languentes post vacuationem miro modo reparat. Oscitatio præterea a flatu fit, musculis temporalibus & ijs qui maxillas movent, inserto: hunc dissolvit vini potus. Horror fit à pravis succis cutem attingentibus, & ipsam mordentibus, cum leoi quodam motu. Vinum v. modicè attemperatum, qua vinum est, excrementa dissolvit: qua vero aquam defert causæ acrimoniam corrigit & attemperat.

APHORISMUS LVII.

Quibus in meatu urinario generatur tuberculum, suppurato eo & rupto dolor solvitur.

Commentarius.

Hic aphor: fuit 82. sectionis quartæ, ibidemque explicatus.

APHORISMUS LVIII.

Quibus occasione aliqua cerebrum fuerit vehementer concussum, mutos protinus fieri est necesse.

Commentarius.

A causa manifesta cerebrum concutitur, ut casu, ictu, ligni, lapidis contundentis potius quam secantis. Ex tali concussione cerebrum commotum patitur devolutionem spirituum, & subitam animalis facultatis turbationem, ob quam velati perterrita se ipsam colligit unde instrumenta motus & sensus facultate animali privantur, quod est mutos fieri, & quasi toto corpore stupentes ut Gal. in com. docet. Accidit quoque id magis quib. cerebrum pro calvariæ amplitudine est parvum, aut ætatis ratione marcuit ut senibus. Quod si præterea fibra aliqua membranarum cerebri fuerit avulsa aut disrupta, aut nervus aliquis qui a cerebro habeat ortum, prædicta repente & majori cum incremento fient. His subscribit quotidiana experientia.

APHORISMUS LIX.

Corporibus humida carne prædictis perferenda fames est: nam fames siccat corpora.

Commentarius.

Quemadmodum cibus, qua cibus est humectat, quoniam reficit inedia, ita corpora siccat. Ex accidenti v. quoniam non humectat. Notum autem est omnem abundantiam ablatione emendari, & contrariorum contraria esse remedia, & ita humidarum carnium remedium est exsiccatio quæ fame dicta perficitur. Calor præterea noster per alimenti inopiam acrior redditus, bilem quodammodo auget, & pituitam absumit, quæ posset coctione & sua propria natura carnes aut humidas reddere aut humidas servare. Valet autem calor auctus atque acrior redditus per mediam carnes ipsas siccare dissoluta humidiore ac tenuiore parte aquea & pituitosa. Hæc de moderata fame dicta sunt, nam major hac imbecillitat nativum calorem, & ventriculum implet pituita.

APHORISMUS LX.

Ubi toto corpore mutationes & corpus refrigeratur vicissimque calefit, aut colorem alium ex alio mutat, longitudinem morbi significat.

Commentarius.

Hunc exposuimus 4 aphor: 40.

APHORISMUS LXI.

Sudor multus calidus frigidusve semper fluens in robusto quidem superne, imbecillo vero inferne humiditatem vacuandam esse demonstrat.

Commentarius.

Hic est aphor: 42. sect: 4. quo docuit sudorem plurimum sive calidum sive frigidum indicare morbum, & calidum minorem ×

breviorem, frigidum majorem et longiorem. Ex adjectione v. spurium esse conjicitur præsens aphor: Non enim semper verum est humorum abundantiam quam sudor ostendit, in robustis esse vomitu curandam, & in languidis per ventrem inferiorem. Nam sunt multi valentes quibus non convenit vomitus, aut ob compositionem aut quia ipsum difficile ferunt, aut quoniam natura humoris peccantis potius exposcit ventris purgationem.

APHORISMUS LXII.

Febres non intermittentes si tertia quaque die exacerbantur periculosæ; quoquo autem modo intermiserint, periculum abesse significatur.

Commentarius.

Hic aphorismus est etiam 43 sectionis 4.

APHORISMUS LXIII.

Quibus febres longæ iis aut tubercula ad articulos, aut labores fiunt.

Commentarius.

Hic est aphorismus 44 sectionis 4.

APHORISMUS LXIV.

Quibus longa tubercula aut ad articulos labores a febre fiunt, hi copiosiore cibo utuntur.

Commentarius.

Hic est aphorismus 45 sectionis quartæ.

APHORISMUS LXV.

Si quis febricitanti cibum præbeat sano quidem robur, ægrotanti vero morbus.

Commentarius.

Quamvis Galeno hic aphor: videatur spurius, mihi tamen non videtur falsus. Est autem ejus sententia talis. Si quis cibum ob-

tulerit febricitanti, ita ei morbum adjiceret ut sano homini adjiceret robur. Ut enim sanis robur præstat cibus, ita ægris seu febricitantibus auget morbi causam, & inde morbum: siquidem non pura corpora quo magis nutries eo magis lædes.

APHORISMUS LXVI.

Quæ per vesicam excernuntur spectare oportet, an talia sint qualia per sanitatem subeunt: nam quæ his minime sunt similia, insalubriora: quæ vero sanis similia non insalubria.

Commentarius.

Cum Gal: intelligeret veram esse hanc sententiam ea esse sana quæ talia sunt, qualia sanis eveniunt, & ea ægra quæ à sanis recedunt, & pessima quæ sanis maximè contraria sunt. Decrevit formam dicendi reprehendere, siquidem, inquit, cum dixit: Quæ enim iis minime similia sunt, hæc sunt morbosiora, dicturus esset morbosissima. eo enim aliquid magis morbosum est quo minus est sanis simile; & quod minime simile est erit morbosissimum. Cæterum ego aliter sentio, Nam cum aphor: verus sit, loquendi modus non est insusitatus. Differt n: non parum aliquid dici maximè contrarium sano, & esse ei minimè simile. Urina enim quæ a naturali differt colore, substantia & contento, quoniam ruffa è & crassa, & contentum habet rubrum, & non subsidens, minimè similis est sanis. Quæ v. nigra cum contento nigro est maxime contraria. Prima quidem urina morbosa est non morbosissima secunda vero ut maximè contraria ita & morbosissima.

APHORISMUS LXVII.

Et quibus dejectiones si stare permiseris, nec moveris subsistunt veluti strigmenta, quæ si pauca sint, parvus morbus est, si v. multa magnus; his alvum in-

ferne purgari conducit: nam si non repurgata alvo sorbitiones dederis, quanto plures dabis, tanto magis lædes.

Commentarius.

Hic aphor: spurius est ut fuse probat Gal: in Com: Negg: recte de dejectionibus dicitur, si stare permiseris & non moveris, nam id ad urinas inspiciendas solemus præcipere, falsum etiam est purgationem convenire eis quorum dejectiones ramentosæ sunt, præter id quod iisdem sorbitiones dare non est malum.

APHORISMUS LXVIII.

Excretiones in febribus non intermittentibus, lividæ, cruentæ, biliosæ, & fœtidæ omnes malæ: commode tamen si prodeant bonæ: per album etiam & vesicam, & undecunque prodeat aliquid si non purgatum restiterit malum.

Commentarius.

Hic est 4 aphoris: 47. ubi explicatus fuit.

APHORISMUS LXIX

Corpora cum quis purgare voluerit oportet fluida facere: & si quidem supra velit alvus sistenda, si vero infra laxanda.

Commentarius.

Prima huius sententiæ pars est 2. aphor: 9. quod additur. si sursum ventrem sistere, & si deorsum fluidum facere ventrem, primum non convenit ventrem sistere id vomendum, secundum autem quamvis facere conveniat, non est id quod Hip: intendit, cum dixit fluida corpora facere, vid: ventrem humectare, sed meatus omnes laxiores reddere & humores fluxibiliores ut dictum fuit loco citato.

APHORISMUS LXX

Somnus et vigilia modum si excesserint morbus

Commentarius

Hic aphor: est tertius sectionis secundæ.

APHORISMUS LXXI.

In febribus non intermittentib. si externa frigeant, interna urantur & febris adsit, lethale.

Commentarius.

Hic est aphor: 48 sect. 4 ubi in hoc pars illa & febrem habeant abundet, dispereat n: in febrib. non intermittentibus.

APHORISMUS LXXII.

In febre non intermittente si labrum aut nasus, aut oculus, aut supercilium pervertatur, si non videat, si non audiat, quicquid horum ægro debili acciderit, in propinquo mors. Commentarius.

Fuit hic aphorismus 49 sectionis quartæ.

APHORISMUS LXXIII.

Albæ pituitæ aqua intercus supervenit

Commentarius

Hoc unum docet Hip: in hoc aphor: albam pituitam in venis acervatam aliquando leucophlegmatiam adferre posse.

APHORISMUS LXXIV.

A diarrhæa difficultas intestinorum.

Commentarius

Non omnis diarrhæa adfert dysenteriam sed ea quæ fit a synceroo humore habente facultatem radendi & ulcerandi intestina vide 13 aph.

APHORISMUS LXXV.

Dysenteriæ supervenit lævor intestinorum.

Commentarius.

Hic aphor. explicatus est 43 sectionis sextæ.

APHORISMUS LXXVI.

A Sphacelismo ossis abscessus.

Commentarius.

Si os corrumpatur carnem proximam abscedere docet, aut quoniam secedet ab osse, aut quoniam abscessum patietur corruptos ichores recipiens.

APHORISMUS LXXVII.

Qualia quæ per urinas & alvum subeunt, & quæ per carnes abeunt, & si aliter corpus à natura recedat inspicere oportet: nam si parum parvus est morbus; si multum magnus; si valde multum lethale hoc est.

Commentarius

Hic aphorismus quamvis quædam doceat quæ vera sint non videtur tamen Hippocratis scripturas imitari. Docet autem considerare urinas, dejectiones & sudores, et præterea quantum ab his quæ secundum naturam sunt distent. Nam si parum parvus erit morbus: si multum magnus: si valde multum lethalem esse affectum dicit.

FINIS.

Ratio componendi pulverem Marci Cornacchinij quo omnes humani corporis affectiones ab humoribus copia vel qualitate peccantibus genitæ tutò citò & jucundè curantur.

Quemadmodum fabulosi Poëtæ Cerberum tricipitem fingebant, inferorum custodem, Cerberumque appellabant quasi κρεοβόρον, i. carnem vorantem: Ita nos pulverem nostrum Cerberum quoquo pacto nuncupare poterimus, quandoquidem ex tribus constat, & humana corpora custodit, humoralesque illorum morbos depascitur, ac depopulatur: Constat igitur (sed quæso ne ceu pueri voces, quæ ad timorem proponuntur, timent, ita viriles animi nominibus, res, quibus pulvis conficitur significantibus, auditis terreantur) Scamonio, seu Scammonia ab omnibus sic dicta, nec non Antimonio sic à nostris, στίμμι à græcis, stibium à latinis appellato, & denique vini fæce (Italice gromma di botte) præparata, quæ postmodum cremor seu sal tartari vocatur. Et quamvis tria hæc ad huius pulveris compositionem concurrant, basis tamen in Scammonio & Antimonio posita est. Tartarum v. additur propter rationes quas paulo infra ex Hipp: & Gal: adferemus. Jam v. quid sit Scammonia, quid Antimonium, quid vini fæx lippis atque tonsoribus notius est;

ea propter in re tam clara atque aperta diutius immorari non est necesse: Verum enim si dicere volumus, Scammonia jam inde ab Hip: tempore usque ad hæc nostra semper in frequentissimo fuit usu. Antimonium pariter veteres non latuit: siquidem non modo à Dioscoride & Galeno & ab ijs qui post ipsos floruerunt, illius mentio fit, verum etiam
4 Reg. 9. à Spiritu S. in sacra pagina; eo enim potissimum mulieres utebantur ad venustatem sibi conciliandam, præcipuè secundum oculos, aufert enim ex ijs sordes, & supercilia denigrat. Tartarum similiter notissimum existit præcipue mulieribus, quæ ad rutilandum capillum eo utuntur, & ad maculas delendas, gutta olei ex ipso extracti diluta ex aqua; efficacissimè enim abstergit faciem. Fullonibus quoque in aperto, & in propatulo existit, utpote quod ad præparandas varias colorum infectiones Tartarum hoc adhibeant. At dicet quispiam, si hæc medicamenta usurpatissima semper fuerunt, ad quid igitur pulverem hunc ex ipsis conflatum, tanquam novum aliquod pharmacum, tot tantisque laudibus, ac plausu ad sydera usque celebrare ac tollere? Certè negare non possumus, quæ pulveris compositionem ingrediuntur, unicuique nota non esse, & in medicinæ usu jam diu posita, at diversus præparandi & usurpandi modus est, qui non solum novitatem verum etiam mutationem secundum substantiam huic remedio affert. Nam quod ad Scammoniam pertinet, ipsa ad hæc usque nostra tempora parata est, per decoctionem in furno, ex cydonio, vel permixta cum ejusdem cydonij succo;

& sic parata non quidem substantiam, vel qualitatem calidam, sed dumtaxat nomen mutat, dicitur enim a græcis διακείδιον, à Latinis vero modo diacrydium, modo diagrydium, modo v. diadagrydium. Iam v. Scammonia ex qua pulvis noster conficitur, sulphuris fumo accommodatur hunc in modum.
Accipitur Scammonij electissimi certa quædam quantitas eaqꝫ crassiuscule trita, supra chartam exugentem appellatam, extenditur: mox sulphure super ignitas prunas injecto, super fumum, qui ex sulphure attollitur, charta jam dicta eo usqꝫ detinetur, quousqꝫ Scammonium liquari, & chartæ adhærere incipiat; nam tunc statim a fumo charta remouenda est; alias, si diutius ibi permaneret, vim ex toto amitteret.
At, si ut dictum est paretur, medicamentum redditur sine odore, ac sapore efficacissimum quidem ad bilem, cæterosqꝫ calidos ac tenues humores blande, placidè, & absqꝫ caliditate ac molestia (contra ac faciat Scammonium communiter paratum) educendos, quemadmodum in fine Veris proximè præteriti, tota hac æstate, per Autumnum, & per Hyemem fœlicissimè in sexcentis ferè ægrotantibꝫ sum expertus. Antimonium v. alia arte, & alijs ingenijs paratur, quam huc usqꝫ paratū fuerit: Nā Accipiuntur Antimonij optimi pars una v. g. ℥j. Salis vero nitri sic nuncupati partes duæ, v. g. ℥ij. Simul ne:

gligenter triturantur: mox in vase testaceo (crucibulũ vocant) supra carbones ignitos collocato, ponuntur ad cõburendum, seu ut dicunt ad calcinandum. Sed notandum ne talis calcinatio fiat igne admodum vehementi. Hoc facto iterum tantundem salis nitri, scilicet ad ℥ij ponitq; & denuo comburuntur. Tertio denique rursus tantundem salis nitri superadditur, videlicet ad ℥ij & comburuntur. Quoniam v. secunda ac tertia vice difficulter admodum cõbustio, seu calcinatio sequitur; ea propter, ut vis ignis quoquo versus penetrare possit, ferro, seu carbone ignito continuo res dictæ sunt versandæ, donec ex æquo undequaque penitus combustæ sint; id quod ex colore cognoscitur, nam vel subalbæ, vel subflavæ redduntur; & quod si super ignitos carbones iterum ponantur, non ampliq crepitum vel fumum emittunt. Insuper idem Antimonij pondus, vel parum excedens, quod ante calcinationem acceptum fuerat, post calcinationem remanere debet.
Hoc pacto Antimonium præparatum mutatur secundum substiam quia auctore Gal: 8. simpl: 15. 3. de tempam: secundum substantiam, (quicquid nonnulli dicant) mutantur, & (quemadmodum infra suo loco demonstrabimq) nullam adipiscitur caliditatem; & copiose quidem, sed jucunde, non enim molestiam infert; suaviter, non enim pravo odore, non sapore præditum est, corpus nostrum à frigidis & crassis humoribq (veluti decem mensium spatio

sum expertus) purgat sine ulla ferè virium jactura, n aliter, ac aurum omni admixtione liberum, ac purū absq propriæ substantiæ imminutione ejusdem Antimonij beneficio redditur: id quod metallici, aurifices, & alij oēs qui aurum tractant, in eo defæcando, mundando, & depurando bene norunt. Antimonium v. quomodocunq aliter paratum, efficacis quidem (negari non potest) vacuat, at quanta cum molestia, & quanto cum periculo, miseri illi, qui tale medicamentum sumpserunt, quiq hos miseros viderunt, referre possunt. Quod v. ad vini fæcem spectat, hæc ut fiat cremor, seu sal cum pulvere nostro permiscendus, hac arte uti debemq. Accipiantur ex tartaro albo, crasso modo pulverisato, & multiplici aquarum ablutione repurgato, donec clarissimum euadat, libræ quinq vel sex: Indantq in patinam ferream vitreatam; inde aquam affunde claram fontanam, ut quinq aut sex digitos materiam supernatet, & bulliant in vase per spatium duarum horarum: posito dein vase in loco frigido in superficie concrescet cremor crystallinus, quem separabis cum cochleari perforato: reiterata sæpiq eadem ebullitione, post materiæ refrigerationem semper cremor adimatur, qui in frigido coagulabitur, & fac ut exsiccetur in äere & utere.

Caret hoc quoque omni odore ac ferè omni sapo=
re, ita, ut medicamentum nulla ratione ingratum
reddere valeat. Et quamvis eximia huius celeberri
pulveris vis & potestas, in duobus dumtaxat primis
medicamentis versetur; nihilo tamen minus quia ex
præcepto Hipp: & Gal: 4. acut: 11. 8. catatop: 3 de
ijs quos, quando purgare convenit in fine. Non solum „
non malum, sed maxime utile est permiscere cum me= „
dicamentis purgantibus aliquid eorum, quæ aut boni „
odoris sunt, ne sola sinceraque ipsorum virtus os ven= „
tris tangat, quod maximè tum nervosum tum sensile „
existit, sed aliqua ex parte retundatur; vel ut atte= „
nuare, & incidere valeant, vel ut crassos humores se= „
care, vel ut vias, per quas educi debent, aperire & „
patefacere possint: Hoc tertium medicamentum si
non propter primam rationem, saltem propter alias
huic pulveri addendum, ac permiscendum est. Et re=
centiores omnes qui de huiusmodi cremoris seu sa=
lis Tartari viribus pertractant, tales illi præcisè
tribuunt virtutes, nimirum incidendi humores cras=
sos & tartareos, meatusque obstructos aperiendi.

ANIMADVERSIONES PRO RECTO
PULVERIS USU.

Hic pulvis sine venæ incisione, vel alterius medica

menti sive lenientis sive solventis usu humorales vocatas ægritudines, humores qui illas excitant, blāde per alvum educendo & lenire & finire experientia teste potest.

I Convenit hic pulvis in omnib[us] ijs humani corporis morbis in quib[us] humores peccant vel simplices vel compositi, calidi, vel frigidi, tenues vel crassi, vel soli vel cum flatib[us] ac vermib[us], vel cum tumorib[us] præter naturam, vel sine ijsdē. Pulvis inquam noster tollit quidem intemperies illas quæ ab humorib[us] pendent quod ablata causa sæpe numero & effectus tollantur.

II Tempus quo commodissime hic pulvis exhibetur est vernum, si scilicet præservationis gratia detur. Sin præservationis & curationis ratione æstivo etiam tempore eo uti licebit. Siquidem hoc medicamentum non sternit vires, quandoquidem & lactentes & mulieres gravidas absq[ue] noxa pluries eo uti vidimus. Autumnali & hyberno tempore exhiberi potest non aliter ac alia medicamenta ubi necessitas urgeat. Eâ horâ potissimè assumatur quâ humores moveri incipiunt veluti fit in fluxionum & accessionum ipsarum febrium initijs. Cæteris autem parib[us] hora matutina seligenda tum quia ventricul[us] à cibo vacuus est, tum quia longè distat à nova cibi oblatione; Et habemus Hipp: monentem 4. acut: 12. 13. vel protinus ab accepto pharmaco sorbendum, non in media purgatione, at

ubi purgatio desierit tunc sorbitio detur. Propter eandem quoque rationem fit, ut facilius munus suum pulvis absolvat, si in plenilunijs, vel novilunijs, vel quartis porrigatur, quam si interlunijs, quia in istis humores potius quiescunt, in illis contra potius cientur. In principio inquam tam ipsius morbi, quam accessionis hic pulvis opportune exhibebitur. Nec obstat 1. aphor. 11. & 19 ubi dicitur In accessionibus abstinere oportet, illa n: de alimento non de pharmaco ibi dicuntur.

111 Quantitatem quod attinet novimus & experti sumus scamonij, modo quo dictum est parati, & quod tenues calidosque humores educere diximus, dosin esse à granis sex ad sedecim usque, vel 18, & 20, in ijs qui difficulter purgantur. Antimonij vero ut dictum est parati a granis quatuor ad duodecim usque vel 14, & 16, in ijs qui difficulter purgantur. Ubi v. ex aequo uterque abundet humor tunc dimidia dicti scammonij dosis sci: grana 8 vel decem, & dimidia pariter Antimonij, sci: grana vj vel viij simul accipienda est. Tandem ubi alter alterum superat, tunc pro ratione humoris superabundantis, medicamenti quoque ipsum respicientis quantitas augenda est ut e.g. si bilis pituita vel succum melancholicum superet, dentur scammonij grana duodecim, antimonij vero grana iiij vel quinque. Quod v. ad Tartari dosin pertinet haec proportione respondere debet jam dictis sci: a granis duobus ad 4, vel 5, vel sex.

Puerulis trium mensium febre acuta correptis Scammonij
grana iij, & Antimonij duo simul dedit Illustriss: Comes.
Nos v. grandioribꝰ qui annum jam accesserunt, Scammonij
grana quatuor, Antimonij tria, ac Tartari duo exhibui=
mus, & purgatio optimè cessit. Notandum præterea si
affectus (sit v.g. febris aliqua ex humoralibꝰ) sumpto
semel pulvere non cesset, quando iterum affectus repetet,
& nos rursus pulverem secundo dabimus; Si tertio adhuc
affectus revertatur, & quarto, & quinto, pulverem exhibe=
bimꝰ pariter, tertio, quarto, & quinto, dosim semper sin=
gula quaqꝫ vice minuendo: propterea quod in primis die=
bus humores beneficio pulveris moventur, & agitantur,
quo fit ut à qualibet postea vel exigua ejusdem pulve=
ris quantitate facile foras trahantur: Quod si fortè
pulvis prima vice exhibitus parum vel nihil effatu dignũ
eduxerit, quando pulverem secundo exhibebimꝰ, dosim
tantum augere debemꝰ, quantum necessarium sit ad al=
vum solvendam. Verum enimvero licet (si casus expostu
let) toties tuto repeti possit: nos tamen ex eo tempore
quo pulvere uti cepimꝰ, nunquam contigit ut ultra ter=
tiam exhibitionem ad quartam vel quintam devenire coa=
cti fuerimꝰ; nam plurimi semel tantum accepto pulvere,
alij bis, perpauci tertio convaluerunt.

IV. Quo ad modum. Si vera sint, quemadmodum verissima

Sunt quæ magnus Hip: 4. aphor. 9. scripsit Corpora nimirum cum quis purgare voluerit, oportet fluida facere, & quæ Gal: in penult: comment: 1. aphor: quod - "
quando purgantibus medicamentis usuri sumus, occasionem "
arripiamus parandi humores ad fluxum, & aperire foramina, per quæ debet purgatio fieri. Et quis est qui non "
videat utile fore ante pulveris exhibitionem hæc omnia respicere? Et sumpto una vice pulvere si affectus adhuc perseveraverit, interquiescere expedit, & interim humores majori studio, ac diligentia præparare, & victus ratione, & medicamentis appropriatis, syrupis nimirum (dummodo nauseam non adferant) vel aquis seu decoctis, apozematis, juribus alteratis vocatis, & antidotis. Quibus pro occasione peractis ad pulveris exhibitionem tali forma deveniendum est: Puerulis trium mensium cum lacte propinetur, iis qui pane in aqua decocto utuntur, in primo panatellæ ut dicunt cochleari, adultis cum jure; Febricitantib. in accessione quidem cum aquæ hordeaceæ modico, extra accessionem vero cum ptisana, quemadmodum veteres helleborum, Epithymum, Polypodium &c. exhibebant; Sunt qui cum aquis affectui destinatis, alii cum vino; iis qui conservis vocatis delectantur dari poterit cum conserva ex acido citri vel violarum; iis qui aliquo laborant alvi fluxu cum saccharo rosaceo; iis quibus a capite vel artibus trahere in animo est cum pilulis affectui destinatis media portione, & dimidia istius -

pulveris; ijs demq; quibq à renibus, jecore, utero, cum
cassiæ pulpa, alijs aliter utcunq;. Qua in re cætera om-
nia pharmaca superare videtur, quæ usq; adeo insuavia st
ut nec pueri nec grandiores, præsertim qui delicati sunt, ea
nedum deglutire, verum neq; cernere possint, neq; recordari
patiantur: Contra v. pulverem nostrum, absq; ulla difficul-
tate sorbent.

V. Pharmaco autem assumpto per horam quiescendum, in qua
si somnus obrepat, dormiendum, inde vigilandum; & si quis
optet medicamentum facilius & fælicius munere suo fungi, cor-
pus juxta Hipp: decreta 4 aphor: 14. 15. moveat. Cibum
vero non nisi celebrata purgatione capiat, quod eodem auto-
re 2. acut. 14. 13, ab assumpto pharmaco, & in media etiã
purgatione neq; potandum neq; sorbendum sit. Quod si pul-
vis non eam excrementorq copiam eduxerit quæ opus esset,
altera die clyster aliquis injici poterit, veluti fit de alijs
medicinis, vel iterq pulvis accipi in majore dosi.

VI. De Contraindicationibq quæ pulveris nostri usum remora-
tur, nulla alia præter virium prostrationem mihi sese offert,
hæc enim teste Galeno 9 metho: 10. de opt: secta 22. cui
omnes consentiunt, neutram fert vacuationem. Nec mirum;
quandoquidem quibus vires deperditæ sunt, jam desperati sunt,
Et ubi salus desperata est, teste Gal: 11 meth: 9. 1 aphor. 8.
2. aphor: 29, agendum non est ne infamentur præsidia, quæ
multis fuerunt & futura sunt saluti. Cætera vero quæ alio-

rum remediorum vacuantium, tum chirurgicorum, tum pharmaceuticorum prohibent usum, huic pulveri haud quaq[uam] repugnant.

CONTRAINDICATIONES remediorum vacuantium quae sint, eaq[ue] non impedire pulveris exhibitionem demonstratur.

I Aetas quae non admittit sanguinis missionem est a 14 anno infra, neq[ue] ultra 70. teste Gal: 11. meth: 14. 15 de curandi ra[tione] per sang: miss: 13. 4 de val: tu: 4. 2. catatop: 1. Nec medicamenta solventia quae lac sugit.

Omnis aetas pulveri nostro locum dat. Neq[ue] obstat locus Hip: 5. 6. Epid: 35. & Galeni, quia loquuntur de Thitymalo, Scammonio veteri, Elaterio, quae sunt validissima: pulvis autem noster mitis est.

II. Anni tempus tum aestivum, tum hyemale sanguinis missionem, & pharmaci assumptionem prohibent. 4. acut: 19. 1. ad Glauc: 14. 1. aphor: 15. 6. aphor: 47. 4. aphor: 5.

Pulverem vero admittit quia non excalfacit, & vias ex se aperit.

III Graviditas non fert sanguinis missionem 5. aphor: 31. neq[ue] pharmacum 4. aphor. 1.

Pulverem vero primis mensibus facile tolerare vidimus.

IV. Alvi fluxus & vomitus in febribus, utramq[ue] vacuat[i]o[n]em [pro]hibent 1. ad Glauco: 14.

Pulvis hic noster vacuans humores vomitum & fluxum con:

citantes, utrumqz affectum supprimit; nec mirum posteaquã vomitus vomitum 1. aphor: 15. & fluxus fluxum, ibidem, curet, quemadmodum rhabarbarum tostum & aquæ thermales salsæ.

V. Cruditas utramqz vacuationem respuit: de curandi ratẽ p sang: miss: 12. metho: 1. aphor: 22. Non autem pulverem ob Antimonium quod humores crudos fœliciter educit.

VI Morbus frigidus neutram fert vacuationem 3. de loc: aff: c. 4. Pulvis a. noster ex Antimonio cum Tartaro (dummodo talis morbus ab humoribq pendeat) ipsum profligat.

VII Vitiati humores in primis viis venæ sectiom repugnant 4 de val: tu: 5. de cur. p sang: miss. at cõmode p pulverẽ educuntq.

VIII Timiditas sæpe impedit quo minus vena tundatq 4. de val: tuen: 4. Pulveris v. assumptionem nemo formidat.

Quibq quidem hunc in modum se habentibq non mirum si Gal: 2. acut: 11. purgationem per medicamentum, sanguinis missiom comparans, illam dixerit majorem certe utilitatem adferre, hanc vero securiorem esse; Et rursus si loco sanguinis missiomis substituerit largam alvi subductionẽ.

Quamobrem si pericula quæ à pharmaci sumptione impendent, auferantur, quæ auferuntq si pulvis paretur eo modo quo dictum ẽ, & si servatis servandis exhibeatur, medicamentum per quam maxime utile, tutum nec insuave in manibus habebimq.

RATIO SOLVENDI AURUM.

I ℞ Vitrioli Ungarici cærulei lib. 25, has in duabus cucurbitis majoribus dephlegmato atque calcinato usque dum Spiritus ascendere deprehendes, & primum perfecisti opus quod est simplex.

II Calcinatum hoc vitriolum imponatur in cucurbita terrea vel alio vase terreo vitreato, rursus desuper fundendo abstractum inde phlegma, adaptato alembico cæco. bene lutato digerantur, & vitriolum rubicundo purpureum induet colorem: Hæc digestio per quatuordecim instituatur dies, hocque tempore peracto, ignis sensim augeatur & ex libris xxv. vix xvj. aut xij libras destillando capies, & hoc pro secundo operato observa.

III ℞ Huius vitrioli sic calcinati ac digesti lib. 1. ei superfunde in vitro capaci acetum destillatum ad extrahendam e vitriolo tincturam, hoc toties repete, novo scilicet aceto superfundendo, usque dum omnis color ex libra vitrioli sit extractus, in eundemque modum cum reliquis libris xv. vel xiij vitrioli calcinati procedendo perge, & tertiam perfecisti operationem.

IV. Omne jam acetum coloratum in B. M. destilla ad cuticulam supernatantem, hancque animadversa cristallos in cella pareret permitte, veluti proceditur in reliquorum metallorum vitrioli extractione: Hi cristalli fiunt coloris smaragdini ac rubicundi, hos à fæcibus diligenter separabis, atque in tanta quantitate præparabis, quantum volueris vel in vitriolo restare videbis: Notabis autem si semel in cella reposueris cristallosque pellucidos collegeris, tum rursus acetum dephlegmato ad cuticulam, ac reponito, ut iterum cristallisetur, id continua donec omnes ex vitriolo conceperis, quos

rectificare artificiosissimè poteris si placuerit. Hanc operationem puta esse quartam.

V. ℞ Horum cristallorum quantum vis, infunde cum spiritu vini, & destilla inde ipsum quatuor vicibus per B. M. ut totũ phlegma cum spiritu recedat: Posthæc per retortam vitream loricatam pelle, applicato (phlegmate neglecto) recipiente in formâ uti aliâs destillatur oleum vitrioli: Sic tandem transibit tinctura rubicunda, pulcherrima, ac dulcis instar sacchari, multis ac varijs dotata virtutibq, & opus V. absolvisti.

VI. Ultimum laborem sic institues. Habeas ad manus auri calcinati ℥ß vel integram; huic de hac tinctura superfunde, digere, essentifica, & circula & habes auri solutionem admirabilem.

De Cristallis insuper hoc notabis, si quando jam cum aceto extracti sunt, à fæcibq recte separantur & accommodantur destillationi artificiosissimæ per aliquot cohobia, demum in virtuosissimum abeunt spiritum, qui ex calce Lunæ cæruleam tincturam trahit, & si digeratur cum eo aliquantisper, per Alembicũ ambo abeunt, qui liquor unitus maximum est secretum in Epilepsia, ac totius corporis affectibq.

AURUM POTABILE est aurum dissolutum in suo menstruo acuto, & ad consistentiam liquoris potabilis, unâ manente aliquâ menstrui portione, quanta satis deductum. Itaqz & penitus exhausto menstruo, reductile est ad naturam pristinam. Et ejusmodi sunt & reliqua metalla, cum cuiqz cognata marcasita, excepta proprietate menstrui, reductionis & solutionis facilioris &c.

In auro menstruum variat pro scopis varijs. Solvitur in aqua regia, sed quæ ad usum medicum internum est suspecta. In externis valeat. Alias tutius est solutionem instituere per spiritum salis gemmæ, vel salis tartarei, vel aquam mellis exasperatam fecu-larum sale, vel succum limoniorum cum melle destillatum, vel spi-ritum vitrioli &c.

Commendant plurimum ejusmodi auri vires in gravissimis morbis. Sed ubi robur naturæ petitur, prætulerim auri solubilem calcem, vel liquorem ex calce vel tinctura factum, qui sit meri au-ri absq; omni peregrino, quanquam Paracelso nil valeat aurum absq; corrosivo.

Praxis ita est: Aurum apprime per stibium & sulmen præ-paratum, inq; lamellas vel folia extenuatum, abluatur prius dia-no tartari liquore, ut secedant sordes adhærentes. Is autẽ liquor e sale tartari per deliquium facti sufficit, modo ad purissimum sit filtratus. Postea in suo vitro affuso menstruo ad altitudinem digi-ti, aut etiam trium vel quinq;, clauso vase ad calorem fimi po-natur per mensem, qui modo plurium modo paucior est dierum, prout cito vel tarde solvitur, & citius procedit opus si aurum pri-us sit calcinatum, vel ejus tinctura sumatur. Ubi solutum de-prehenditur, menstruum prius abstrahitur destillatione lenta, neq; totum, sed relicta parte quæ liquiditatem oleosam præstare possit. Ita solutum quidem aurum est, sed nondum attenuatum. Itaq; no-vo menstruo affuso digeritur, calore priori per septendium, post quod mutatur alio, & sic deinceps repetita opera, quousq; auri substantia videtur ita attenuata, ut cum menstruo exacte sit per-mistum, ejusq; gutta in vinum limpidum conjecta, id veluti crocus tingat citra præcipitationem ad fundum. Tunc solet tota quantitas

menstrui, quæ prius particulatim abstracta est & reservata, reponi, unà digeri, & tandem lentissima flamma prolici, ne quid de substantia auri egrediatur.

Hujus unicam guttam propter acrimoniam in liquore millecuplo vix licet excedere. Si tamen acrius justo est, quinta vini essentia affusa, & in circulatione posita, tandemque iterum separata, repetito crebrius labore, potest mitigari. Sed tunc plerumque figitur & in oleositatum metallicarumque classem transmigrat.

De OCCULTA PHILOSOPHIA.

Epistola cuiusdam patris ad filium.

Arcanum omnium arcanorum, secretum secretissimum, hujus tam inclytæ scientiæ tibi, fili charissime revelabimus, prout manibus nostris tetigimus, & oculis corporeis vidimus, & adjuro te per eum qui cuncta creavit, ut nemini hoc sanctissimum, & excellentissimum munus tradas, sed ut more philosophorum illud celes, & non mireris si tecum palam locutus sum, quia jam à pluribus annis errores tuos cognovi: vidensque tuum frequentissimum studium, tuamque sollicitudinem, non potui resistere voluntati meæ, quin ipsum tibi traderem, quicquid vetcat animæ meæ pœnam inferre. Sed fili charissime, si mandata nostra servaveris bonum consequeris effectum, & antequam ad practicam accedamus, tibi aliqua principia naturalia detegemus, ut ipsis cognitis credas, quod inferius sequetur. Sunt principia hujus famosæ scientiæ eadem quæ & naturalia in metallis. Metallorum autem principia, super quibus natura fundatur in suis actionibus in ipsis formandis sunt ista met. Materia ergo omnium metallorum in suis mineris

de qua ipsa generantur & creantur, est aqua sicca, quam aquam vivam vel argentum vivum nominamus, & spiritus fœtens, quem aliter sulphur appellamus, non tamen in natura sua prout sunt in mineris creata; quia in locis ubi generantur nullum metallum invenitur, sed potius ista materia est quædam substantia naturalis, à Deo, & à natura creata, habens in se substantiam sulphuris & mercurij sive argenti vivi, & ex ista tali substantia, vel materia duorum prædictorum procreata, generatur & creatur quædam substantia subtili famosa in visceribus terræ, & mineralibus venis, & ibi derivatur, deinde adveniens virtus mineralis super illam famosam substantiam, congelat ipsam & unit, unione inseparabili & firmâ per decoctionem mineræ temperatam, ita quod nec humidum (scilicet prædicti argenti vivi) a sicco (scilicet a substantia prædicta sulphuris) nec siccum ab humido potest ab invicem separari de cætero, & ita omnia metalla generantur & procreantur.

Scias itaque fili charissime, quod omnia antedicta in lapide nostro glorioso sunt facienda, non tamen substantiam primam sulphuris & mercurij facere intendimus; quia in lapide nostro omnia sunt à natura creata, nec nobis possibile foret sulphur & Mercurium novum facere, sed supplemus naturæ in mundificatione, coniunctione, decoctione ipsorum. Intellige sapientissimi Gebri verba dicentis, lapis unus, materia una, cui nihil additur extraneum, nec minuitur, nisi quod superflua removentur. Hermes pater Alchemistarum inquit, Verum verissimum sine mendacio, quod id quod est superius, est sicut quod est inferius, ad perpetrandum miracula rei unius, & non plurium, hic, teste Arte ad Alexandrum, continet in se tres superiores virtutes, scilicet vegetabilem, animalem, & spiritualem. Arnaldus de Villanova dicit in rosario novo, manifestum est ergò operationem medicinæ esse naturalem, quia ipsa medicina composita est ex natura: Naturâ quippe omnis res procedit ex eo, in quod resolvitur, gelu convertitur in aquam claram: prius ergo fuit aqua: Sic lapis noster in argentum vivum,

Saturnus in opere suo loquens de mercurio, dixit Benedictus Deus qui dedit ei substantiam, & substantiæ proprietatem, quas nemini contigit revelare: Multas tibi auctoritates philosophorum adducere concludentes, quod lapis est unus, una res, à qua sulphur & mercu: rius noster elicitur: at quia in materia nostra gloriosa natura defe: cit, quia operationem suam complere non potuit, sicut in metallis, ppr ejus immunditiem, & non veram conjunctionem, ideo nos artificium no: strum, supplemus naturæ in hoc, in mundificatione & decoctione ipsius. Igitur fili charissimè cætera prætermittentes ad veram pra: cticam accedamus.

Rx. in Christi nomine lapidem nostrum benedictum, lapidem hono: ratum, lapidem gloriosum & incombustibilem, lapidem ab omnibus philosophis absconditum, & sub parabolis descriptum, hoc est, vitri olum romanum excellentissimum, hic est lapis, fili charissime, quem omnes philosophi occultaverunt, & diversa & varia dicta de eo con: scripserunt, ne ab insipientibus & indignis tantum arcanum perci: peretur. Capias igitur ex eo quantum tibi placuerit, & ipsum grosso- modo tere, postea in aliqua olla vitreata super carbones pone ad calcinandum solum, ut superflua humiditas exhaletur, & tibi rema: nebit album, & subcitrinum; Caveas tamen ne materia rubificetur, quia multum amitteres de spiritu nostro glorioso, & hæc est cal: cinatio vulgaris. Deinde ipsum ab igne removeas, & totum tritu: ra minutissimè, donec in pulverem impalpabilem redigatur. His peractis habeas unam bocciam sfortam, lutatam diligenter, & in: pone ei pulveres tuos, ita quod non excedant pondus unius libræ, & super furnellum ad hoc coaptatum loca, ignemque subtus pau: latim accende, & in nomine domini incipe distillare cum re: ceptorio juncturis bene clausis, ne ullo modo respirare possit, &

ita continua ignem, & quandoqz vigora, donec fumi albi incipiet distillare & exire in receptorio. Tunc ignis augendus est, quia in ipsa materia, est quædam pars ignea, quæ elementum ignis dicitur, & exire non potest sine magno igne. Cum vero fumi albi consederint fac iterum fortissimum ignem per unam horam, & hoc solum fit, quod si aliqua pars ignea, quæ est ponderosa destillare non potuerit, per fortiorem ignem exire cogatur. Hoc autem facto, aquam illam pretiosam extrahe, & in alio vase mundo bene clauso, ne ullo modo respirare possit, reserva. Habes itaqz fili charissime secretũ altissimum: quia hæc aqua omnibꝫ nominibus mundi nominatur, & à sapientibus appellatur: Nam in ipsa tria sunt elementa, aqua aër, & ignis. Hic est verus mercuriꝫ philosophorum, menstruum cœlium Raymundi, acetum acerrimum, lac virginis, menstruum minerale, vegetabile, & animale, aqua propria, aqua permanens, aqua ~~[illegible]~~ serenans, aqua vitæ, stella orientalis, fons vivus, sulphur invisibile, & multa alia nomina ei imposuerunt, tamen apud sapientes unum & idem est. O liquor & aqua benedicta quæ tantam in te contines virtutem, cui totus mundi thesaurus æquari non pt, tu tuum corpus candidas, & rubeum facis, & ipsum interficis, & vivificas, tu ad perfectam albedinem & rubedinem illud deducis. Sed ad reliqua.

Accipe fæces supradictæ aquæ, quæ rubicundissimæ esse debent, & eas iterum tere: Deinde in bona quantitate aquæ communis pone ad dissolvendum super ignem, & cum dissolutæ fuerint, per filtrum distilla quod destillare poterit: Postea fac humiditatem aquæ exhalare, donec in fundo remaneat calx alba sicca. Hæc nostra terra, fili mi, nutrimentum totius lapidis appellatur, & mater õium elementorum. Ecce factæ sunt duæ calcinationes prima vulgaris, secunda philosophica. Ad solutionem igr & ad verꝫ matrimoniũ veniẽdũ ẽ

Capias terram siccam supradictam, & eam minutè & mundè tere, donec fiat pulvis impalpabilis, videlicet ex ea pondus unum, cum quatuor ponderibus aquæ prædictæ, & pone omnia in urinali benè clauso, in balneo per octo dies ad dissolvendum, quia in tot diebus materia dissolvetur, & spiritus cum corpore congelabitur; Et scias fili Charissime, quod facta tali conmixtione spiritus, verum matrimonium nuncupatur, quia tunc agit masculus in fœminam, videlicet aquam in terram solvendo, & spiritum cum ipsa coagulando; Et numquam corpus solvitur, nisi cum coagulatione spiritus, & spiritus nunquam coagulatur, nisi cum solutione corporis; hic quidem spiritus, fili charissime, est de consideratione Alchemistarum, ut in quinta essentia Raymundi in pluribus locis invenies, quia cum terra sua iterum plantatur & fixatur. Vides ergò quomodo ascendit è terra in cœlum, & postea e cœlo in terram descendat, ut iterum ascendat, & accipiat vim superiorum & inferiorum, Primò destillando, secundo coagulando, tertio verò sublimando. Et scias quod unum fugiens, alterum ignem patiens, utrumqz conjunctim ignem patitur; Completis autem supradictis octo diebus depone coopercculum urinalis, & pone alembicum tamē non removeas urinale de balneo, sed distillare sinas, donec amplius distillare non poterit; aquam verò distillatam projice, quia spiritus cum corpore remansit. Et hoc est quod omnes philosophi dixerunt, id quod exiuit ab eo, reduc super eum, donec figatur cum eo, & non separetur in æternum; quia natura natura lætatur, Hæc autem operatio ut ait Raymundus conceptio appellatur, quia terra incepit aliquantulum de argento vivo & de spiritu nostro secum retinere. Postea terram ~~siccam~~ prædictam per balneum

desiccatum extrahe, sciasq; pondus ejus, & in mortario vitreo aliquantulum frictura, deinde in urinali suo colloca, superponendo de aqua nostra gloriosa, ad quantitatem ipsius terræ, urinale verò prædictum in balneo repone per diem ac noctem, quoniam ibi materia digeritur: transacto autem tempore prædicto, transfer vas è balneo, ad cineres, addendo supra alembicum, & distilla quidquid destillare poterit. Caveas in desiccatione terræ ne ignis sit violentus, quia totum opus destrueretur & vitrificaretur. Hanc igitur fili mi operationem, imbibitionem scilicet, inhumationem, ac distillationem cõtinua, donec terra biberit quadragesimam vel quinquagesimam partẽ sui, & hoc certius tibi erit, si modicum ex ipsa supra laminam ignitam ponas, & totum in fumum evolaverit, tunc est factum: Sin autem prædictum signum non evenerit, iterum continua prædictas operationes, donec tuum consequaris effectum; Et nota quod in secunda & tertia imbibitione deveniet nigra & in colore Saturni. Si autem hoc non eveniet frustra esset operatio nostra in lapide nostro Lunari. Spiritus ille in terra nostra plantatur, & subito corrumpitur, & per decoctionem caloris crescit & multiplicatur. Hæc autem putrefactio, fili mi, est necessaria, quia corruptio unius est generatio alterius. O Natura benedicta, & benedicta tua operatio quia de imperfecto, perfectum facis, cum vera putrefactione quæ est nigra & obscura, postea germinare facis diversas & novas res cum viriditate. Hoc etiam in Evangelio demonstratur; Nisi granũ frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet. Si autem mortuum fuerit, multum fructum affert; & sic successivè multi & varij colores apparebunt, antequam terra biberit suum debitum pondus: Cum v. habuerit suum pondus deveniet ad quandam albedinem, seu citrinitatem: Hæc igitur operatio impregnatio nuncupatur; quia terra nostra benedicta gravida facta est,

& tempus est sui partus, nasceturqz filius, qui non assimi:
labitur suis parentibq. Et ut completum magisterium habeamq,
ad reliqua pergamq.
Accipe terram prædictam prægnantem, & eam in vase vitreo si:
tua, superrorando aliquantulum de aqua nostra, ipsamqz in
bociam habentem collum longum in cineribq colloca, & subtus
ignem accende donec tota humiditas exhalet, cum vero terra
desiccata fuerit, auge ignem ad tertium gradum. usqz, quia-
sublimare incipiet, & in culmine vasis ascendere sulphur nostrq
gloriosum & incorruptibile: dum autem totum ascenderit, exalta:
tum erit in terra foliata, vel in sale mirabili, quod per Rai:
mundum & alios philosophos, sulphur natura appellatur. Hunc
igitur fili mi thesaurq capias, quia nihil ipso dignius aut præ:
stantius in mundo, hæc enim est gemma sapientum, venenum mor:
tiferum, arsenicum sublimatum; hic est bufo congelans mercuri:
um, hic est draco omnia vorans, & ad sui naturam convertens,
hic est quem omnes philosophi in turba clamant, honorate rege
nostrum ex igne venientem, diademate coronatum, cuius pater ē
Sol, mater vero Luna, nutriatur lacte suo, usqz quo ad ætate
perfectam veniat. Hic est filiq nobis natus, pascatur lacte suo,
donec figetur, & fluat ut cera, hoc autem magisterium quod à
philosophis fermentum appellatur taliter facias. Accipe in-
Dei nomine aquam nostram miraculosam, ipsamqz in balneo ad
destillandum pone, & continua distillationem donec amplius de:
stillare noluerit, Postea vas illud ex balneo removeas, & in fun:
do ipsius invenies quandam rem rubicundissimam & gloriosam.
Hoc facto accipe materiam prædictam rubicundam, & in alio-

vase mundo in cineribus colloca, & reconde superaddendo alembicum, deinde fortissimum ignem facias, quia alio modo distillare non potest, & cum materia tota distillata fuerit, iterum per septem vices rectificabis, & nota quod in septima distillatione, si per annum staret in igne nunquam distillaretur, sed semper maneret in forma olei, hoc, fili mi, est verum fermentum philosophorum & non aliud. Et multi ignorantes credunt sulphur nostrum cum corporibus fermentare, quod fatuum est & remotum à principiis naturalibus, sed lapis noster benedictus seipsum calcinat, se ipsum solvit, seipsum interficit, se ipsum vivificat, se ipsum desponsat, se ipsum nutrit, se ipsum cibat, seipsum fermentat, non autem cum re quæ non sit nata ex eo. Si autem ad finem optatum perducere volueris, accipe sulphur nostrum in cœlo exaltatum, facque habeas pondus ejus, & pone in urinali mundo, superponendo quartam partem sui de oleo nostro supradicto, simulque omnia misce, donec facta fuerit substantia una. Postea ipsum urinale in igne debito vel aliter in stuffa sicca repone, quia ibi materia digeretur, & tali calore fixabitur. Cum autem materiam tuam siccam videbis, ne sis lentus ad cibandum eam, semper sibi dando pondus suum prædictū de lacte suo, donec totum fixetur, & sine fumigatione fluat, ut cera, Cum hoc assecutus fueris, habes quod optasti. Hunc verò modum in projectione serva, videlicet accipe pondus unum istius medicinæ, & supra pondera decem solis fusi projice, totum in medicinam fundentem & penetrantem convertetur, metalla & morbos omnes curantem. Habes fili mi arcanum pretiosissimum, quod tibi jam diu ostendere promisi, nemini ipsum tradas, sed probus esto Deum omnipotentem lauda, & pauperes sint tibi curæ.

De Mercurio.

Mercurius est tum in constitutione, tum in usu Chymiæ, vegetabilis, animalis, mineralis, juxta triam lapidum apud philosophos. Sed in arte Alchymica non oportet te quicquam aliud intelligere quam metallicum.

In metallicis ut lapis vegetabilis est luna seu argentum: ut animalis sol, seu aurum; ut mineralis, aqua seu spiritus & argentum vivum: ita est & de mercurio. Itaq; qui ex auro est mercurius, est animalis, qui ex argento vegetalis, qui ex hydrargyro mineralis.

Præterea mercurius alius est crudus alius corporum: Crudus est quem natura per se in minera generavit, quem appellant ventrem struthionis in terra natum. Et hic convenit cum aqua non madefaciente manus seu cum fluxo. Vocatur autem crudus quia calore matricis ad maturitatem, fixitatemq; nondum est perductus, unde & opponitur mercurio coagulato, qui est ipsum metallum, ac potissimum aurum, quod nihil est aliud quam optime excoctus & elaboratus mercurius. Mercurius corporum primò est metallum ipsum coagulatum; ut dictum est, quatenus unà sit sulphur proportionale: Deinde ex metallico corpore reductus liquor mercurialis. Notandum tamen est metallum fusum & liquatum etsi aliquando mercurius nominetur ob fluxum & consistentiam mercurialem, tamen propriè mercurium non esse. Præterea antequam coaguletur in sua minera, item mercurius è sorro & mercurius vulgi & philosophorum potissimum in artificio lapidis occurrunt. Philosophorum a. voco illum quem leonem viridem, aquam philosophicam &c. artificio præparatum sapientes. Quatuor mercurij sunt inquit Rosarius, Mercurius crudus, sublimatus, magnesiæ, & unctuosus, tametsi alias sit & præcipitatus, & diaphoreticus, vivus, occisus: &c. nomina enim accipit

à præparationum varietate. Quis ex his sit philosophorum sic examinari poterit: Non crudus ut patet ex præced: Nec sublimatus, quanquam vox interdum accipiatur pro exaltato seu nobilitato per artem. Magnesiam nuncupant corpus perfectum, & nominatim lunam plenam, quæ alias est stibij regulus. Huius Ergo mercurius erit mercurius argenti philosophorum, quod lunam nominant & ab argento vulgi differt. Tandem est mercurius unctuosus. Iam autem ex binario fit unio per tertium, ut sic ternarius efficiatur & circulus. Mercurius ergo philosophorum est circulus.
Mercurius philosophorum est (analogice scil.) metallum mercuriale versutum, quod se facilè accommodat metallis alijs, eorumque naturam assumit, vagum item, & varium. Metalla autem non considera in natura foris, sed in arte. In hac cum quodque est præparatum, tunc vocatur sol, luna, mercurius &c. antè erat duntaxat aurum, argentum, hydrargyrus vulgaria omnia. Intelligo itaque philosophorum metalla distare à metallis vulgi, quod hæc ad artis regulas non sint facta astralia, illa sint facta.
Mercurius nec corpus est, nec aliud quid coagulatum, sed aqua quæ sit liquida & fluens. Cave verò lympidam aut perspicuam intelligas; Syncera quidem est, & speculi purissimi aut cœli sereni instar elucet, sed non pellucet. Nuncupant etiam vaporem unctuosum & spiritum; sed nec hæc in actu suo sunt accipienda, sed potius vel potentia vel relatè.
Ut ad definitionem veniamus ponamus liquorem metallicum esse. Nam omnino debet participare metallicam naturam, alioquin non intrat arcanum philosophicum. Media mineralia, plantæ animalia ad præparandum quidem aut depurandum aliquid valent, sed substantialia artis non sunt. Est quidem liquor metallicus, Verum non eliquatum metallum, aut aqua pellucida calcium metallorum, aut extractum metallorum per destil. aut oleum metallorum, aut metallum potabile quod vocant, quamquam oleo philosophorum in hac arte valdè e affinis. Sed est

liquor metallicus unctuosus, adhærens intime metallis, eorumque naturâ gaudens, quin & reserans penitissima eorum claustra, unde fit ut solus gignat philosophorum lapidem, solusque totum opus perficiat. Simplex & uniformis dicitur, quia totus undiquaque est homogeneus, ita ut nihil alieni nec admittat nec in eo deprehendi possit: Itaque & vel totus in igne manet, vel fugit prout est elaboratus. Sumitur è naturâ, in qua datur quidem sed imperfectus; Itaque duntaxat materia ejus inde est, quæ tamen non vocatur philosophorum mercurius. Estque liquor unctuosus in mineris terræ crescens, constans aqua & terra cum proxima metallorum potentia. Estque mercurio vulgi similis quidem, sed non idem. Nam Mercurius vulgi e leprosus totus & excoctus ex mineris. Hic verò per se sanus è à principio.

Hæc materia ubi mineræ metallorum optimorum sunt divites, invenitur nonnunquam in fovea sua, vel lacuna montis, inde hauritur. Interdum profluit cum rivis, aut succussu terrarum projicitur. Quidam eum venantur fimo vel fœno madido mineris instrato. Exhalans enim inde colligitur. Aliquando ex Cadmia argentea extillat liberaliter. Hæc est materia mercurij sapientum, quæ transit in illum ipsum, dum fit astralis per artem exaltatoriam, & tunc primam accipit perfectionē.

Præparatur autem diversis modis: Aliqui cum medijs mineralibus puta vitriolo, & sale, adjecto aceto miscent, sublimantque sublimatumque reducunt per tartarum & calcem. Reducto adjiciunt novas res, iterumque sublimant & reducunt ut antè, idque repetunt septies donec planè purissimus & nitidissimus, caeruleo quadamtenus aspectu, evadat. Observandum tamen ut à reductione semper filtretur, & acida muria abluatur, & ut vitriolum, sal, acetum, sint quam purissima, item arte chymica præparata.

Mercurius philosophorum compositus est ex mercurio crudo & mercurio corporum, unione intima, & inseparabili sicut aqua simplex aquæ simplici affusa separari nequit. Hic per crudū intellige eum quem hactenus ex liquore minerali paravimus qui crudus nominatur respectu maturi & coagulati in corporib. perfectis, cum quo est uniendus.

De Laudano

Inditia boni opij sunt quod sit valde amarum, linguam adurit, subflavum, varijs coloribus punctatim constans, odoremque habet fortem nec placentem.

Opij vis narcotica tollitur tribus modis I. ℞ Opium mixtum cum certis quibusdam & convenientib. aromatib. illudque reducit cum aromatibus in massam cum succo cidoniorum. Postea inserit hæc om̄ia malo cidonio prius evacuato: ac denique circumducto malo cum pasta coquitur in fornace ut panis et cum satis coctum fuerit excipitur malum, & ei inclusa teruntur in pulverem, quem infundunt in convenientē liquorem puta Vitrioli spiritum ad extrahendam tincturam.

II. Alij Opium scindunt in tenellas laminas, ac postea reponunt in cacabum frixorium, aut in lamina ferrea, & cum igne lento evaporant ejus sulphur, nares probe sunt avertendæ ab hoc fumo noxio. Quidam v. prius irrorant opium pauco aceto rosaceo, ac postea illud spatula tam diu movent donec liquefiat instar aloes: ac denique extendunt hanc consistentiam supra laminam ferream donec omnis fumus exhalaverit, probeque cavendo ne nimia uratur. Hic modus videtur optimus.

III. Alij denique dissolutum opium crudum in convenienti liquore postea sinunt in digestione, ac denique ebulliunt lente semper despumando; spuma n. ē sulphur noxium opij.

Tinctura opij purificati ut dictum est extrahitur commodissime aceto vel alio aliquo liquore acri. Opium enim in pulverem contusum imponitur convenienti cucurbitæ vitreæ vel mattatio: & affunditur uni unciæ Opij, aceti; aliusve liquoris convenientis ℥viij ad minimum. Deinde vas bene lutatum in calore Balnei, ignis moderati, aut fornacis relinquatur pro digestione ad 30 vel 40 dies; Intra hoc tempus plerumque remittit acrimoniam suam pertinacem. Absoluta digestione, subtilior opij portio separatur facile a crassiore inclinatione aut filtratione; ejusque essentia postea facile reducitur ad debitam consistentiam evaporando scil: menstruum in B.M.

LAUDANUM PARACELSI.

℞ Opij Theb: ℥j. Succi pom: aurant: suc: Citon: ā ℥vj Cinnamo: garyoph: ā ʒß. Contus: per quam optime simul omnia mixtaque ponantur in vitrum cum suo coopertorio cæca: digerantur in ☉ vel fimo per mensem, postmodum exprim: & imponantque iterum cum seq:

℞ Moschi ℈ß. Ambr: gri: ℈iiij. Croci ℈ß. Succi coral: magist: perla: ā ℈jß. Commisce, postque digestionē eorum uno mense factam Adde sumta essent: auri ℈jß. quæ permixt: cæteris anodynum specificum erit ad auferendum quoscunque dolores externos & internos ut nullum torqueatur vel arripiatur membrum latuis.

LAUDANUM QUERCETANI. Pharmac: p. 203

℞ Essentiæ opij a suo dissolvente per B. vaporosum separatæ ℥ij. Essent: croci cum aq: lmo extract: ℥j. Hæ-

duæ essentiæ confundantur invicem in parvo quodam vasculo argenteo: His adde gemmarum magist: Hyacynthorum & Corallorum @ ʒiß. terræ sigil: veræ ʒj. pulveris Bezoard: veri Unicorni, Ambræ gri: @ ℈ij. Hi pulveres sufficient ad bonam consistentiam laudano inducendam: miscendo & agitando oïa continuo ad ignem lentum donec ex maã spissefacta pilulæ formari possint. Sufficit exhiberi de hoc laudano magnitudine piperis gra: & insignes ac suspiciendos percipies huius anodyni effectus, quod te spe tua nunquam frustrabit: nam confert citra molestiam & cerebri ullam perturbationem, adversus omnis generis dolores à quacunque caã subortos: contra omnes hæmorrhagias in quacunque corporis parte fuerint: contra oẽs defluxiones, & fluores ventris dysentericos, hepaticos, lientericos &c. & ad adducendam gratam tranquillitatem in febribus ardentissimis, in quibus ipsis rationis sensus læditur, & in phrenesim æger plerumque delabitur.

LAUDANUM CROLLII vide sua Basil: p: 254.

NEPENTHES ANGELI SALÆ.

℞ Essent: opij per spir: aceti cardiaci extract: ʒiij tincturæ Croci more Quercetani extract: ʒij. Lapidis Bezoar: Regij, seu auri purissimi more Spagirorum purpurizat: & in veram medicinam cardiacam redacti ℈ij, resinæ ligni Aloës Ambræ gris: opt. @ ℈j. Incorporentur hæc probè in parvo vase vitreo & postea serventur ad usum.

LAUDANUM IOH: HARTMANNI.

℞ Opij cum spũ vini extracti ʒiij: cui adde seq. tincturam. ℞ Croci ʒj. Cynamo: nuc: myrist: garyoph: mac: torment: Zedoariæ, bistort: @ ʒijß. galang: angel: ZZ. @ ʒij. flor. cord: @ p.j. pulverisa: oïa subtiliter, & cum

aqua [illegible]amo: q. s. fiat extract: & misce cum supradict: Opio
Tunc adde ossis de corde cervi corall: alb. & rubr: præp: succi:
albi. cornu unic: lapid: Bezoar ligni aloës, solut: perlarum
@ ℈ij. Santal: alb. & citr: @ ℈j. fol: auri pulveri: ℈ß.
terræ lemniæ veræ gr: viiij, Ambræ gris: gr: x. Mosch:
gr: viij. Omnia opt: pulver: & subtiliss: cribrat: in fine
adde olei anisi gut: xij olei nuc: myrist: gut: viij. Olei
Cinnamo: gut: vj. Doses a gr: iiij ad v. cum cornu unic:
& lapid: Bezoar @ gr: ij & cons: ros: rubr: ℈j. cum itur
cubitum.

LAUDANUM PRÆSTANTISS. D. BOHAMI.

℞ Opij Theb: laminatim concisi & postea exsiccati ℥iß.
succi hyosc: ℥iij, sem: hyosc: albi ℥j: Mummiæ ℈j: Ca-
ryophill. Cinnamo: @ ℥ij rad: levist: calam: aromatic:
gallangæ ℨß. @ ℥j. Castor: piper: nigri, Carpesiorq cro-
ci synceri @ ℥ß. ladan: bezom: @ ℥ij. pulv: pulv.
& ponantur omnia in vitro angusti orificij cum spiritu vini
opt: q. suff: ita ut quatuor digitos supereminent, ac bene
claudatur ter quaterve in die agitando dum tincturam ni-
gram obtineat, deinde tinctura effundatur, & novi spiritus
addantur donec tota virtus sit educta tum in B. M. fiat
evaporatio S. A. dum ad extracti consistentiam perveniat.
fiatq laudanum approbatum & tutissimum
Usus hujus est in sævis dolorum implacabilium paroxysmis
utpote colicis, podagricis, arthriticis, pleuriticis stomachi-
cis, nephriticis. Item in vigilijs defluxionib: hæmor: &c.

CAUTIO.

Puellis tamen & senibus, quibus etiam vires vel doloris sævitia vel morbi magnitudine prostrati sunt, non confert. Quod si pulsus strenuus satis & vehemens appareat sine periculo uti possis.

EXTRACTIO GUMMI HYOSCIAMI.

℞ Cortic: rad: hyosciami in mense Mart: vel Septembri circa plenilun: collect: exsiccentur in umbra postea pulverizentur & confundantur optime & in vase vitreo cum q. s. vini albi arctiss: includantur, tum in B. M. coque per 12 horas vel amplius & rubicundam invenies tincturam, quam exprimes e radici: fortiter, deinde omnem hunc liquorem per filtrum transactum evaporato super carbones vivos donec tinctura remaneat instar mellis.

BALSAMUM PRO RECENTI VULNERE.

℞ Oleorum lumbricorum, rosarum, ana ℥j. Hyperici ℥ij. Imponatur in digestione cum radicis anchusæ ℥ij pro balsamo vulnerario.

OLEUM CONDUCENS VULNERIBUS ANTIQUIS.

℞ olei rosarum, aquæ calcis vivæ, tuthiæ ana q. suff: M. fiat unguentum.

AQUA CALCIS SIC FIT.

℞ Calcis vivæ quantum placet dissolvatur in aqua communi, quæ per filtrum depuretur.

EMPLASTRUM PRO OMNIS GENERIS APOSTEMATIBUS. * seu potius ℥iij

℞ Olei Sulphur: ℥iij, Colophon: ℥ß* Ceræ ℥iß. Myrrhæ ad pondus omnium, fiat unguentũ & Emplastro.

NB. Die Öle das schwebel wirdt gemacht mit einer öle e. g. Nimm ℥iij einer öle, und ℥i schwebel, setze es uber dem feuer in einem glaß oder kupfern pfanne, und rüere es alle=zeit biß das der schwebel mit die öle incor=porirt seie; die öhle wird blutroht werden, und wan alles incorporirt ist last es khülen und es wirdt aussehen gleich als ob es Ægyp=tiacum were, und bisweilen sicht es schwartz auß.

PULVIS CONTRA FLATUS.

℞ Seminum anisi ℥iß. Carui ℥i. fœnic: dulcis ʒvj. Glycerizæ ℈iiij. Zinziberis ʒij. Olei anisi ℈ij. Sacchari candi ad pondus omnium. Confundantur pro pulvere. Iuvante coctionem si sumatur paulo post sumptum cibum quantum pt excipi solido Anglicano.

PULVIS CONTRA CASUM UVULÆ.

℞ balaustior; albi græci ana ℥i. piperis cois ʒi. M. pro pulvere uvulæ afflando.

UNGUENTUM CONTRA CONTUSIONES

℞ Oleor. rosati, Costini, absynthij ana ℥iiij
Terebenthinæ venetæ, boli armenæ in alcohol-
redactæ, adipis caponis, pinguedinis ex æsypo ver-
vecino .i. lanæ inter femora ana ℥ij
Ceræ ℥iiij. M. & appone ad ignem donec omnia
probè fuerint incorporata.

CONTRA UVULÆ CASUM.

℞ Succini bene pulverisati pauxillum & carbonibus ~~ex~~ injectum ardentibq fumus excipiatur ore per in-
fundibulum; repete bis terve singulis diebus. Idem cum olibano
& myrrha mirifice valet in paroxismis epilepticis;

CONTRA EPILEPSIAM.

Aqua stillatitia florum tiliæ Anglis lime tree, cum felle
canino si sit adolescens vel vir, catulino si lactens, fel
catuli vel canis fœminæ puellis & mulierculis exhibetur, ha-
bita semper ratione ætatis & canis & ægri. Medicamentū
hoc exhiberi debet duorq dierum interposita quiete, & tertia
die resumendum; initium faciendo à principio decrescentis
lunæ. Cæteris duobq diebq intercalaribq si sit puer qui la-
boret ei exhibeatur pulvis corallinq, quia forte vermes vel-
licantes tunicas interiores huic morbum causant. Dosis aquæ
tiliæ est trium cochlearium cum uno felle. Radix præterea
pæoniæ collo appendatur.

contra pustulas & ulcera phagedenica oris.

Alumen ustum & salvia usta in triplici proportione huiq
ad illud benè & tuto medetur ejusmodi ulceribq.

PRO EDUCENDIS SECUNDINIS.

℞ Aluminis calabriæ electæ ℥iß. Boracis vulgò Chrysocolla dictæ, Croci optimi ana ℈j. vino albo dissolvantur quantitate ℥iij. Detur pro potu.

℞ Herbar. emollientium ana M. j. Flor. Chamom: cum herba M. ij. Decoquæ cum sufficienti quantitate aquæ una cum pedibus vitulinis: Fiat injectio cum hac decoctione bis terve singulis dieb.

CONTRA SERPIGINES.

Fomentetur pars affecta posca ex aceto & lacte confecta, Deinde inunge sinapi calefacto.

CONTRA INFLAMMATIONES.

Colcothar infusum in aqua fontana medetur inflammationibus tam ijs quæ sunt cum solutione continui, quam q̃ sine ea.

CONTRA ORIS ULCERA.

℞ Succi omphacini pomor. silvestrium lib. j. Mellis optimi ℥iiij Aluminis ℥ij; Salviæ siccatæ in umbra par. M. Bulliant leviter, deinde colatum servetur pro usu.

ERRHINUM APOPHLEGMATICUM.

℞ Euphorbij p. iß. Betoni: Salv: hyssop: summitatum lavendulæ ana p. j. Bulliant omnia in aquæ lib. j. usq. ad consumptionem dimidiæ partis. Æger velato capite jejunus hauriat naribus alternatis vicibus postea per dimidiam horam sinat pituitam effluere aperto ore.

MENSTRUA EXSPECTANTES

Optime purgari poterunt hiera Logadij a ℥ß ad ℥j.

UNGUENTUM VIRIDE.

℞ Olei olivarum, resinæ, terebint: venetæ @ ℥vj. Ceræ flavæ, adipis apri, adipis ovill: @ ℥ij. Olibani ℥ß. Æruginis seu potiùs virid: æris ℥ij. Contundenda terantur & liquores bulliant, postea immisceantur pulveres & probe incorporentur.

PRO THYMIS ET FICUBUS.

℞ Sublimati quantumvis, maceretur aceto ac deinde in marmore teratur cum teribulo stanneo donec separetur ☿. Liquor residuus erit instar olei quo inungantur thymi.

CONTRA CALCULUM.

℞ Silicem atrum omnimodo maculis albis vel fuscis carentem; vel si qui sint excutiantur. Deinde duas compone pilas luteas luto rubro fimo quarum alteri impone dictum silicem, postea tege silicem altera pila, & ex duabus dictis pilis compone unam frequenti manus contrectatione. Deinde apponatur igni ita ut lutum probè siccetur sine fissuris. Ac demum cum probè fuerit exsiccata imponatur igni vel rotæ vel reverberij ad horas usque 6 vel 8. Quibus elapsis sine refrigerari, & deinde silicem exime qui facillimè teritur in pulverem album. ℞ Huius pulveris gr: vj. viij. vel [illegible] exhibe in convenienti liquore.

AD CANCRUM.

℞ Arseni: præpar: radicum Aaronis @ p. æ. fuliginis pars remedium certissimum est. Arsenicum autem sic præparatur. Primo in vase sublimationis sublimatur; deinde coquitur per duas horas in aceto albo, sic enim nigredo tollitur, & levis quædam farrina corrosiva. Deinde iterum sublima cum squama æris, qua pars terrestrior venenosa retinetur; Tandem bis aut ter cum sale communi præparato sublima, tum in aqua dulci edulcora perfectè. Huius arsenici dari possunt securè etiam internè gra: viij; venenosa expurgat.

AD ULCERA CRURUM INVETERATA.

Primo laventur ulcera hac aqua colcotharis. ℞ Campho ℥i Vitrioli albi ℥iiij Calcinentur ita tamen ut camphora sit in cru:

cibuli fundo. Post calcinationem adde bolus Armenæ probe contusæ ℥iij. ℞ Huius pulveris ℥ß ad sextarios aquæ lympidæ duos, qua laventur crura & ulcera; Postea impone Emplastrum sequens.
℞ Plumbi albi ℥j. bolus armenæ ℥iij. Plumbi rubri ℥iiij Confundantur omnia probe, & in tribus sextarijs olei bulliant donec veniat ad consistentiam ceroti; Cui pannos immerge, & postea vice emplastri impone affecto cruri.

EPULOTICUM: UNGUEN: NUTRITU.

℞ Olei com̃is, aceti optimi ana cochlearia vj. Lythargyri aurei cochlear unum bulliant simul semper miscendo donec inspissetur; Postea inde compone emplastra epulotica.

CONTRA OBSTRUCTIONES LIENIS ET JEC:

℞ Uvarum corinthiac: bene purgatarum & lotarum, Conservæ rosarum ana ℥iiij, Seminum carui, fœniculi, arthemis: pulverisator: ana ℥j, Cinamomi, macis ana ʒß. Chalib: præpar: ℥ij Omnia continue pistentur donec perfecte sint mixta. Huius dosis singulis temporibus matutinis ℥ß.* postea valde se exerceat patiens. (*potius a ʒj ad ʒij) Alvus adstricta laxanda vel enemate vel suppositorio.

LADANUM. B. W.

℞ Opij Thebaici præp: g. iij, Mithrid: quant: suff: Olei rotism: gut: j M. pro duabus pilulis quarum unam da ægro.
Das Opium wirdt so præparirt. Nimm Opium in einer gutwissen quantitet, und schneidt es zu dunnen stucklein, darnach lege dieselbigen auf einen glatt papier, und halte es uber den warmb das schlorbal cwalchen in einem strasser angezündet ist, biss das du es wol zerstossen kanst; darnach stosse es in dem wissel und strewe es gestossen ist halte es widerumb uber den warmb des schlorbal; biss das das opium

gantz und gar nicht mehr rauchet, und keinen geruch mehr hat; Darnach stosst es widerumb zu einem Alco-
hol pulver und gebrauch es als oben gemeldet ist.

CONTRA HERPETEM. GAL: DERTE.

℞ Vini albi, aquæ lympidæ ā lib. j. Salviæ rubræ, fœnic: rub: Periclymeni ā M. j. Hyssopi M. ß. foliorum lauri N^ro XX. Two pennerts of life honny, and a pennert of roch allum; Bulliant simul & post dimidiæ horæ ebullitionem, sine refrigescere; Valet ad Herpetem recentem si eâ decoctione manus fomentetur aliquoties. Si v. fuerit mali moris sine bullire in suprasc: decoct: ☿ sublim: a pennert; Quod si nondum satis validum sit adde denuo ☿ sublim. tantam. Bulliant omnia ad consumptionem medietatis.

CONTRA SUFFUSIONEM.

℞ Cicutæ ex viridi atræ M. j. Mellis a happennert, salis quantitate nucis juglandis; Contunde omnia probè & reserva in pixide marmorea. Affecto oculo dextro sinistræ manus pulsui alligetur aliquid de hac compositione; sinistro vero oculo dextræ manus pulsui; Idque fiat bis in die donec bene se habeat.

CONTRA CANCRUM ORIS.

℞ Aquæ fortis, vini albi ā lib. ß. aquæ torrentis lib. j. a pennert aluminis rochæ. a pennert of life honny, Perycłymen: Salviæ rub: fœnic: rubr: ā M. j. foliorum lauri N^ro XX. Bulliant ad consumptionem dimidietatis in olla figulina; Hac aqua ablue os;

CONTRA GONORRHEAM, ET DORSI IMBECIL.

℞ lactis vaccæ rubræ quod est ultimæ emulsionis, lib. ß. (Lac d. hoc quo calidius haurit^r calore sci: non ascititio sed naali eo melius) Sacch: candi pulverisati, farinæ triticeæ tenerrimæ ā cochleat. j. Misce & exhibe, iteretur hic potus bis terve.

CONTRA HERNIAM RECENTEM.

℞ Aceti optim: scyphum, appone carbonibus calefaciendum, Deinde intingas ei pannum aliquod coccineum semper volvendo donec optime imbutum sit aceto, ac deinque calidè applicato ubi est descensus intestini.

Habeas & aliam scutellam paratam in qua sit, lactis novi lib. j.
aqu: rosa: a pennert, dimidia mux moscat: probe contusa; Deinde iis
immergas placent: rosarq rubrarq donec optime imbut: sit; Hæc oīa
debent fieri supra prunas; Ac denigz placent: calide appone tes-
ticulo inflato, & liga ut moris est.

CONTRA DIGITI MALUM VULGO FELLON.

℞ Aceti opti: lib. ß. furfuris M. j. Bulliant simul donec ve-
niant ad consistentiam pultis; Appone digito singulis dieb9 huig pul-
tis aliquam portiunculam donec pervenerit ad maturitatem.
Deinde applicato sequens medicamentum quod ℞ saponis nigri, terebin-
venetæ ā q. ovi, lardi rancidi parum, Rutæ M. j. Limaces N.^ro
vj vel viij. Contunde hæc oīa simul, & bis in die appone digito
male affecto usqz ad absolutam curationem.

CONTRA TUMORES CRURUM.

℞ fæcum alæ quant: suff: farinæ avenaceæ (vulgo oatmale) pro-
be contusæ M. j. Bulliant simul donec veniant ad consistentiam
spissam; Deinde calide admodum applicato tumorib9 crurum.

ALIUD.

℞ Urinæ patientis lib. ß. sebi apri ij pennert. Bulliant donec
veniant ad formam unguenti, quo inungat partem affectam quotidie
antequam eat cubitum.

CONTRA HÆMORRHOIDES.

℞ Adipis apri q. plac: quo inunge Hæmorrhoides postea cali-
de tegantur panno quadruplicato.

CONTRA VULNUS RECENS.

℞ Hyssopi M. j. butiri recentis ℥iiij. Sacchari q. suff: confun-
de omnia simul donec perveniant ad formam unguenti; Deinde
lavato vulnq aqua vitæ vel vino, ac postea impone ex hac com-
positione q. suff: singulis dieb9 bis.

CONTRA TINEAM.

℞ Butiri recentis q. vis. frixetur in sartagine donec sit nigrum instar picis; sine refrigescere, postea inunge tineam hoc ung:

CONTRA PEDICULOS ET SCABIEM PUEROR.

℞ Butiri recentis ℥ij Peti ij pemert minutissime contusi in alcohol, M. Hoc linimento inunge caput & tege calide atq ita sine ad tres dies sine ulla detectione. Vers hoc ung: non est sine suspicione noxæ quia plerumq causat vomitum.

CONTRA LUMBRICOS.

℞ Olei sabinæ, absynthij, rutæ ā ʒj. M. inunge umbilicum.

ALIUD.

℞ olei sabinæ ℥ß Aloes cicott: q. suff: ad faciendum unguēt: quod extendes super alutam & appones pueri umbilico.

PRÆPARATIO PRÆCIPITATI PRO PILULIS mercurialibus.

℞ ☿ præcipitati ℥ß Ebulliat quater aut quinquies semper effusa aqua nouam affundendo. Deinde exsiccato præcipitato affunde sp̄ūm vini quem accendes & flammā consumes. Hoc opus reitera quinquies.

PILULÆ MERCURIALES.

℞ ☿ præcipitati ut supra præparati ℥ß. Cinabrij ʒ opij
Mithridatij Castorei Componatur in pilularē massam

Dosis ℈j.

His pilulis utimur pro præparatione corporis ad lytum hydrargyri, præbendo singulis dieb mane pilulam unam tribus diebus consequutiuis. Prima die forte non mouebit aut parum Secunda forte dabit vomitus 2 aut 3. totidemq dejectiones. Ac tertia die plerumq præcipitabit dejectiones Quæ si nimis crebræ superueniant hoc symptoma clysteribus ex lacte cui charta cois minutim incisa incocta sit, corrigi debet. Hydrargyrus corrigitus oleo Guiacino vel sale nitro.

COLLYRIUM. B.

℞ Sedum majus contunde in mortario exprime succum quem bullies in aqua rosarum & pauxillo aquæ vitæ:

CONTRA TUSSIM ET PULMONUM AFFECTUS.

℞ Tubulum peto vel necotiana repletum vulgari modo cui superfunde guttam spiritus rorismarini, postea accenso peto hauri fumum ut moris est: Continuetur bis terve singulis diebus ad dies tres aut quatuor.

CONTRA HÆMORRHOIDES. B.

℞ Diasulphuris Rulandi ℥s. Dissolve in olei lini q. s. cui mixtioni immisce piperis probe contusi & cribellati pro lubitu. Ex hac compositione petiæ inquinatæ loco affecto imponantur.

IN EXCORIATIONE MEATUS URIN: B.

Fiat injectio aquæ colcothatinæ. Absolutis duobus vel tribus diebus ℞ Aquæ plantaginis ℥iiij. Sacchari Saturni g. x. M. probe injice.

PRO QUAVIS TUSSI. *(vel syr: ros: rub:)

℞ pomum unum excavatum cui infunde mellis rosati* q. s. sine coqui apud ignem donec pomum prorsus undiquaque molliusculum sit, ac denique tussienti cubitum eunti edendum praebeto: Repete eandem exhibitionem singulis diebus donec æger a tussi prorsus sit liberatus quæ plerumque solvitur in quinque aut sex diebus;

PRO TUSSI QUAVIS ℞.

℞ Rhabarbari ℥j. gummi tragacant: Ireos florentinæ liquiritiæ mundatæ & in alcohol redactæ Saccha: penidij ⓐ ℥iij, Olei anisi denarios duos Anglicanos, Sacchari optimi lib. ß. Solvatur gummi tragacanthi in sex cochlearibꝫ aquæ rosarum opt: Deinde omnia liquefacto Saccharo immisceantur probe & redigantur in formam pastæ ex qua componantur trochisci.

Potus Diæteticꝫ in lue ♀ inveterata ℞.

℞ Liquiritiæ, colocynthi: ⓐ ℥j. Seminum anisi ℥ij Impone in digestione ad 12. horas. in vase probe clauso ~~cui~~ (item rasuræ ligni guajaci ℥iiij,) cui infunde aquæ communis amphoræ anglicanæ sex. Deinde bulliant ad horas duodecim lento igne. Huiꝫ æger sumat mane hora 7. ℥iij, ac deinde hora 10. tantundem, idqꝫ repetendum singulis diebꝫ augendo vel diminuendo dosin pro ratione operationis medti, si necesse sit. Fecibꝫ relictis superfunde aquæ communis amphoras quatuor & bulliat ut supra addita tamen alia ℥ liquiritiæ; atqꝫ hic sit ægri potꝫ communis.

Cataplasma in doloribꝫ arthriticis.

℞ Succi omphacini pomorꝫ sylvestrium lib. jß fæcium cerevisiæ ℥viij farinæ hordei, furfures tritici ⓐ manip: iiij. Misce probe deinde bulliant simul &

calide applicentur parti dolore affectæ, quæ tamen
prius inungenda est oleo aliquo aperitivo quale est mar
tiatum magistrale libanatides dictum.

Pulvis singularis in curatione quarumvis febrium & calenturæ, imò ad præcavendas variolas, easq; curandas cum jam prodierunt; impedit enim earum proventum & nihilominus curat ægrum, in conservanda juventute, præservandis oculis & prævertenda tabe.

℞ Pulverum perlarum, oculorum cancri, coralli rubri, rasuræ cornu cervi, succini albi ana p. æq. Pulveris ungulæ selectæ caball: ntæ. ad pondus omnium; præcipui enim agentis fungitur munere in hoc medicamento. Deinde forma inde pilulas cum gelatina cornu cervi impregnata tinctura croci, quas sine indurescere. Dosis a granis quinq; ad ℈ß. exhibenda in liquore appropriato singulis diebus per septimanam integram vel ter in hebdomade, Jejunandum per horam integram sumpto medicamento. Post sumi vel manè vel vesperi ad introitum lecti.

Pulveris hujus usus valet

In præcavendis variolis, tabe, curandis febrib. ardentib. periodicis, peste & omnibus venenis, & passionibus cardiacis operatur sine ulla violentia imò in febribus periodicis aliquando insensibiliter, Nec sedes nec vomitum causat Gustum, nec olfactum, nec ventriculum offendit.

Exhibendum est hoc medicamentum statim post sumptum venenum vel invasionem pestis, vel ad minimum antequam febris vel pestis violenter aggrediatur cor.

In febrib. intermittentibus exhibeatur dosis unica hora ante paroxysmum plus vel minus; quosdam tamen vidi curatos assumpto medicamento in medio paroxysmi frigidi.

RUDIMENTA CHYMICA CUM Selectioribus quibusdam ad quamlibet partem exemplis. A. D. D. Fro: Gillot.

Alchymiæ septem sunt gradus Calcinatio, Sublimatio, Digestio, Distillatio, Coagulatio, Tinctura & Solutio.

1. CALCINATIO est corporum in calcem reductio ut fit in lapidibus; estque vel propria scilicet quando vi ignis metalla, mineralia, lapides &c. in calcem rediguntur; Vel Impropria quando sine igne eadem in pulverem reducuntur, quæ potius pulverisatio dicenda est; Complectitur autem sub se Reverberationem cum scilicet igne aperto in furno reverberationis dicto Atanor, reducuntur in calcem vel pulverem, vel omnino priuantur humiditate; Et Cementationem cum strato super strato in olla aut crucibulo, aliove quouis vase materiam ordinatam & sigillatam igne violento aut fundimus, aut calcinamus aut deurimus.

Arcanum ☿. ℞ ☿ albi lib. ij tere & vase clauso in furno figulino, aut alio quouis adure donec calx euadat alba ut nix; Huius calcis ℞ quantum satis, aquâ vitæ ex vino grosso septies rectificatæ dissolue, & aquam per cineres alembico vitreo separa, & serua; Recentem aquam adde, & extrahe toties donec omnis calcinati ☿ substantia ascenderit; Collectas aquas & mixtas ad solem euapora; Et remanebit in fundo Arcanum ☿: Quod si iterum calcinetur, imbibatur, distilletur, ac euaporetur, tunc altius graduatur, & fit tantæ virtutis ut ad omnes affectus hepatis ex quacunque causa prodeant,

non sit major hactenus reperta Medecina, ulcera quævis intrinsecus sumpta pondere gr. j. singulis diebus manè mirabiliter sanat, si aqua pluviali distillata dulcificetur, & loco humido in liquorem resolvatur, Cancros, Esthiomena &c. serpentia ulcera sanat, urinas potenter ciet, ut hydropi ex renibus mirè succurrat.

Arcanum coralli. ℞ corallorum rubror., salis nitri ana part. æquales misce, & aperto vase in Athanore reverbera igne flammæ, donec reducantur in cinerem, qui abluatur aqua vitæ, donec omnis acrimonia salis dematur; Deinde per se iterum reverbera, & ex eo cum optima aqua vitæ extrahe substantiam subtiliorem, removendo semper quod tinctum fuerit, & recens addendo donec amplius non tingatur; collectas aquas fil. & igne leni fac evaporare aquam vitæ, in fundo remanebit sal coralloꝝ quod loco humido resolvitur in liquorem, ad sanguinis sputum & fluxum undecunque fluat, ad Lienteriam & dysenteriam miraculosum medicamentum, ad tremorem cordis ejusque palpitationem, ipsiusque omnes affectus exquisita medicina.

Arcanum ♀. ℞ Cupri lib. j. reduc in laminas subtiles, dd strato super strato in vase fusorio pone, cum æq. p. tartari, salis nitri & sulphuris, ac demum cementa & reverbera igne mediocri per sex horas cavendo ne fluant laminæ, quas sic cæmentatas äëri aperto expone suspensas, & fiet nobilissimum viride et ad multa utile; Quod si misceatur cum quarta parte salis ammoniaci, et sublimetur ter aut quater miscendo ac terendo, ac tandem separetur elevatum à fecibus, hoc elevatum loco humido resolvetur in oleum, a quo si separetur corrosivum salis ammoniaci per cohobationem aquæ pluvialis fiet remedium incredibile ad lupum, cancrum, fistulam &c.

11. SUBLIMATIO idest mineralium & semimineralium consumtio in corpus solidum per elevationem virtute ignis facta

vasis ad hoc ordinatis quæ vulgo dicuntur sublimatoria: ut
Arcanum ☿. ℞ ☿ lib. j. salis ammoniaci, vitrioli, alumi=
nis, omnium prius desiccatorum ana ℥iiij M. & in bocia aut uri=
nali, cum alembico cæco (in cujus apice parvulum foramen pa=
teat ad exhalandos interdum spiritus ne vas frangatur, leni ig=
ne primo, deinde fortiori sublima; Cujus sublimati ℞ q. s. op=
timâ aquâ vitæ imbibatur tritum prius, deinde aqua exhalet,
ac recens addatur ut distilletur sexies aut septies, tandem con=
cretum in oleum candidissimum, quod aqua dulci dulcificetur
crebra repetitione distillationis mutata semper aqua; Hoc jam
oleum divinum est & primum in Chirurgia ad omnia ulcera sanan=
da quæcunque sint, si eo tantum bis aut ter inungantur, dd em=
plastro conveniente curentur, si cum eo folia auri æquali pon=
dere misceantur, & digerantur ante dulcificationem, deinde dulci=
ficentur, ulcera renum, pulmonum, & cætera interiora sanat mira=
biliter, & quicquid est noxium expellit per sudores, & est dia=
phoreticum specificum dosis gr: iij ad iiij cum theriaca, Lepra
etiam curat nec non inveteratam & omnes species morbi venerei, &
guttas ex eo prodeuntes.
SUBLIMATIO habet sub se Elevationem, quæ tamen in
eo differt a sublimatione, quod in hac fiat corporum commixtio
& ligatura, in illa autem licet mixta sint quod tamen ele=
vatur purum ac secretum a mixtis elevatur: ac Exaltationem;
Exemplum Elevationis in Magisterio sulphuris. ℞ late=
res vetustissimos immunes tamen ab omni pluvia, aut alia-
quavis aqua, eos decies extingue in oleo olivarum veteri, deinde
per retortam igne violentissimo distilla ut sic fiat oleum philo=

phicum aut ℞ Sulphuris lib. j. laterum tritorq lib. ij. salis commu-
nis torrefacti, vitrioli calcinati ana lib. v. M. Deinde sulphur in
sublimi elemento levissimi ponderis, coloris aurei ad anhelitus diffi-
cultatem collige; idem pulmonis caeterorumque thoracis affectuum excel-
lens medecina, si eam vitello ovi sorbili ℈j. diebus interpositis in aurora
assumatur.

Exaltatio duplex est Una cum res ad supremum virtutis
gradum ac tanquam ultimam periodum deducitur. E. G.

Arcanum sulphuris. ℞ Elevatum sulphur ut supra cum aqua
forti misceatur, & aqua per destillationem separetur, recens addatur &
separetur quinquies semper addendo novam aquam fortem, tandem de-
siccetur, teratur, & vase reverberatorio aperte reverberetur per 24.
horas; primò fiet album, deinde flavum, postremò rubrum & rubius
& tunc exaltatum est in supremum suum gradum. Secretum est admi-
randum, ad pulmonis, thoracis, diaphragmatis affectus removendos, sa-
nitatem conservandam si pondere ℈j. sumatur cum aliqua conserva.

Altera cum rei per ascensum pars a fecibus separatur. E. G.

Extractum salviae. ℞ Salviae totiq lib. iiij teratur in mor-
tario marmoreo addendo salis communis torrefacti ℥ij, vase vitreo
bene sigillato pone in putrefactione fimi equini per 30 dies, deinde pu-
rum ab impuro per distillationem in vase vitreo separa & conserva ad
nervorum dolores et affectus ex causa frigida optimum remedium.

III. **Solutio** i. rei concretae in liquorem reductio fitque tripliciter vel
frigore ut quae coagulantur calore, ut sunt salia & alumina, vel
Calore ut quae coagulantur frigore ut aqua, metalla &c. vel Corro-
sione ut aquis fortibus, quod licet conspicere in metallicis: Solvun-
tur autem aut Natura ut sal commune natura & calore solis
concretum, tritum & loco humido repositum resolvitur in liquorem
aut Arte, haec habet sub se Dissolutionem i. corporum solidorum
ut gummi & similium cum additione aceti vini, aquae vitae & simi-

lium solutio; Et Resolutionem quæ est propriè liquorum natã sed arte concretorum ut & condensatorum iterum in liquidam formam reductio; ut patet ex Exemplis sequentibus.

Arcanum gummi. ℞ Galbani, Ammoniaci, bdellij &c. conquassata prius aceto fortissimo macerentur per 24 horas, deinde igne leni solvantur, colentur per setaceum, colatura bulliat lentè ad evaporationem aceti, deinde per retortam extrahe substantiam subtiliorem, et quicquid ascendere poterit, vitro bene recluso & sigillato digeratur in fimo equino 30 diebus; deinde si quid aquei humoris subsideat separetur, iterumq; parum distilletur & digeratur ut prius, idq; quinquies, deinde reservetur ad omnes juncturarum & guttæ dolores sedando & tollendo prorsus.

Arcanum argenti. ℞ ☾ puræ tenuissime laminatæ ℥viij, salis gemmæ subtiliter triti ℥xvj, strato super strato reverberentur & calcinentur; Calci affundatur aqua vitæ septies rectificata & in B. M. deseratur octo aut novem diebus, tunc solvetur in liquorem tenacem, a quo extrahes aquam & recentem addes & extrahes aliquoties; Demum exsiccabis & loco humido super marmor solvetur in liquorem ad omnes cerebri affectus ut Lethargum Epilepsiam Carum &c. summa Medicina si ejus gra: vj. sumantur cum ℥j olei macis & guttis duab. olei vitrioli in aqua peoniæ & melissæ ⓐ ℥v.

Magisterium ☿ Nobile minerale. ℞ ☿ lib. j. vitrioli, salis ammoniaci, petræi ⓐ ℥vj. desiccentur, misceantur & sublimentur, sublimatum teratur & aqua bulliente digeratur, sic salia resolventur & ☿ remanebit in fundo limpidus & purgatus quod si iterum sublimetur, resolvatur & ter hoc repetatur fiet

perfectissimum. Huius ℞ ℥i Auri purissimi subtiliter laminati ℥i
fiat amalgama ut solent artifices ad deaurandum, hoc reduc in pul-
verem coloris rubri cum aqua forti, quam affundes & separabis toties
donec materia remaneat rubra, tum desicca & paulatim levi igne car-
bonum in crucibulo adure, donec acquirat colorem calendulæ, tunc ex-
trahe & aquâ vitæ optima dulcifica donec omnis acrimonia recesserit,
tunc est summum arcanum ad luem Veneream, guttas ex ea, hydropem
& hepatis scirrhos cæterosque affectus. Ad febrem etiam quartanam su-
matur pondere gr: v. vj. ad xv. cum aliqua conserva.

IV. DIGESTIO .x artificialis rerum ad perfectam virtutem
præparatio, fitque vel in Balneo Maris. Sic fit
Magisterium Perlarum. ℞ Margaritarum non perforatarum ℥ij
et Dissolvantur; cum aqua vitæ rectificata in vase vitreo optime si-
gillato digere per balneum 8 diebus, tunc resolutam materiam in for-
mam liquidam reperies ab ea aquam extrahe per distillationem & serva
Recentem adde & distilla toties donec in oleaginosum liquorem reducatur
qui summa erit medicina ad vertigines paralysin & cæteros cerebri affectus
removendos.

VEL SOLE. Arcanum Balsami compositi. ℞ Olei extracti ex se-
minibus Hyperici ℥i. Olei therebinthinæ lib. j. florum Hyperici pugil-
los vj. florum centaurij majoris p. j. florum consolidæ p. ij, vase vitreo
optime clauso soli exponantur per duos aut tres menses, deinde adde me-
dullæ bovis ℥iiij vini rubri grossi lib. j. thuris, myrrhæ, mumiæ @ ℥i
terantur prius deinde misceantur & in balneo digerantur ad vini con-
sumptionem, tunc exprimatur per torcular omnis liquor, iterumque soli
exponatur adde terebinthinæ ℥iiij & serva, ad omnia vulnera calide applicandum

VEL SILIQUIS UVARUM: Arcanum Sulphuris et vitrioli auri.
℞ Auri puri laminati q. v. suspende in olla fictili vitreata noua ex
parte repleta siliquis Uvarum, Urinæ pueri & salis ammoniaci subtili-
ter triti Ollam sigillatam ne quid evaporet in humo in uvarum siliquis

sepeli, Deinde ex laminis pede leporino excute materiam subviridē adhaerentem, iterumq; ut prius digerendas repone et excute, cum satis habueris materiae aqua pluviali vitreo vase paulatim decoquito, attollit se in superficiem aquae pinguedo supernatans, quod est verum sulphur auri admirandum ad cancros sanandos & alia corrodentia & serpentia ulcera; Intus etiam sumptum ad omnes cardiacas passiones & maxime ad lepram. Exhalata aqua omni, residebit in fundo vitriolum auri q̄ desiccatum & sublimatum cum sale ammoniaco, ac tritum loco humido resolvitur in liquorem qui dulcoratus aqua pluviali est summum arcanum ad conservandam sanitatem contra morbum sancti Viti & alia phantastica, contra lepram si gr. iiij cum theriaca ter in hebdomade sumantur per annum integrum.

VEL FIMO EQUINO. Oleum Sulphuris. ℞ Sulphuris lib. j. olei seminis lini lib. ij. Tritum subtiliter sulphur coquatur in dicto oleo ad spissitudinem & formam salis solidam, iterumq; teratur & bocia optime sigillata fimo equino per sex menses digeratur per retortam optime lutatam igne flammae oleum extrahatur, primum exibit album, secundum flavum, tertium rubrum, utrumq; excellentissimum ad ulcera; si alterentur bina aut terna ablutione ad thoracis, pulmonis diaphragmatis affectq; ut asthma, febres putridas difficultatem spirandi nihil mirabilius est modo prudenter administretur.

Digestio complectitur sub se Putrificationem, Cohobationē, et circulationem.

Putrificatio est alteratio minoris virtutis in majorem quae fit aut in siliquis uvarum: Magisterium consolidae ℞ Consolidae majoris integrae quantum sufficit tere in mortario marmoreo & reduc tanquā in pultem tunc in vase vitreo reclude cum aqua vitae q. s. & sic putrefiat

in siliquis uvarum per mensem, torculari exprimatur omnis liquor ab eo, levi exhalatione aqua separetur, residebit in fundo magisterium consolidæ, quod mixtum & proportionatum cum therebinthina, myrrha, aloe & ceræ particula ad formandum unguentum mirabile fiet*; cum terra sigillata, bolo præparato, croco martis, pulvere myrtillorum et ophioglosso in aceto rosato fortissimo productum in formam cataplasmatis, contra hernias & omnes rupturas exquisitissimum remedium.

*ad ora vulnera.

Aut in fimo equino. Arcanum consolidæ. ℞ Radicum consolidæ q. s. contunde addendo tantundem panis, fiatque pasta quæ vesicæ porcinæ imponatur, & in fimo equino calido per aliquot dies retineatur, singulo octavo die inspiciendo, fiet inde massa quædam rubra, & postea pultis instar aut mellis, cave tunc diligenter ne diutius putrescat quam par sit, extrahe, & succum fortiter exprime, cui plus panis addito & putrescere sinito ut supra, toties repetendo donec panis & radix penitus expressa sint. Tunc succum hunc viscosum putrefac iterum per se in vitro suo tempore. Postea distilla in cineribus totum, & ab eo quod ascenderit separa phlegma per balneum. Arcanum hoc ad ulcera omnia externa, interna, manifesta, occulta, mortua, viva, in quacunque corporis parte existant potentissimum remedium; Usus est ut huius succi administretur cochlear cum vino aut aqua distillata ex herbis vulnerariis duabus horis ante cibum mane & serò.

COHOBATIO est distillationis repetitio cum liquor iterum in feces (quæ caput mortuum dicuntur) affunditur & denuò distillatur.

Arcanum Vitrioli. ℞ Vitrioli Ungarici lib. x. Contunde & aquam omnem extrahe alembico bene lutato. Aquam hanc fecibus tribus iterum affunde & distilla tam diu donec assumpta sit omnis humiditas. Postremo vase terreo optime lutato cum suo recipiente vitreo amplissimo per concursum extrahe humidum omne tribus diebus & noctibus continuis igne flammæ aperto, & fecibus aqua communi dissolutis per capitellum sal extrahe & serva; Ab humido distillato per retortam lutatissimam

extrahe phlegma, donec oleum rubei coloris ascendere incipiat.
℞ Huius olei ℥iiij, salis ℥j. phlegmatis ℥j. reclusa simul
digerantur igne cinerum levi donec fiat compositum quid, quod mi-
randum est ad omnes febres putidas, pestilentes, caduci omnes spes
si tantum pondere gr: v. sumatur cum nebula quinque diebus continuis.
Circulatio est frequens & crebra ascensio materiæ in pro
prijs vasis (et fit per se) in feces, in quo differt a co-
hobatione, estque vel in pellicano fimo & instrumentis
proprijs. ut
Arcanum Melissæ. ℞ Aquæ vitæ optimæ, aquæ melis-
sæ ana p. æq: vase optime sigillato reclusæ & fimo calido
inhumatæ circulentur per mensem, Deinde per balneum spiritus
extrahatur & separetur a phlegmate quod abjiciatur (Dignoscitur
autem phlegma cum nihil acritatis habet). Spiritus iterum pellica-
no bene clauso circuletur ut supra, semper phlegma abjiciendo
donec aqua prima exiens fiat suavissimi odoris, quo signo appa-
rente cessandum a circulatione, perfecta enim est medicina, hæc
aqua mirabilis est ad juvandam memoriam, dolores omnes capitis
& cordis sanandos, conservandam juventutem, si aliquot vicibus su-
matur cochlear. j. Deinde cum pauco vino malvatico affectibus
matricis, cum gutta olei ex gagate, & maniacis divinum remedium.
Vel est distillatio repetita quod dicitur rectificatio, cum
jam distillatum iterum distillatur per se. ut.
Aqua vitæ optima. ℞ Vinum generosum q. v. distilla per ser-
pentinam aut refrigeratorem omne donec aqua sine sapore ex-

eat quam abjicies, aliam per arenam in retorta distilla sep-
ties aut decies, sic cum repetitione distillationis fit potentior, &
efficacior euadet ad resoluenda metalla calcinata in liquorem
sui coloris. Huius si pars aliqua jungatur cum theriaca fiet optimũ
præseruatiuum contra pestem.

V Distillatio fit vel per ascensum ut:

Quinta essentia herbaru̅. ℞ herbas maturas & siccas cum
semine si fieri possit seclusas vase aheneo grandi humecta aqua cor
quantum sufficit. Deinde applicato capitello cum suo refrigerante
igne aperto urge, oleum ascendit (quod sexta essentia nonnullis vocatur)
cum aqua, Oleum ab aqua vase extractorio leniter separabis & ser-
vabis. Si v. tibi ejus color non arrideret in paruo alembico repone,
deinde adde aquæ vitæ, et distilla aquam, remanebit oleum pul-
cherrimi coloris, quod si denuo repetatur distillatio fiet coloris a-
quæ fontis sine nimia diminutione.

Vel per descensum: Hic autem modus non valde arridet quod omnia
sic distillata redoleant empyreuma nec in exemplo est aliquid boni
quod apponatur.

Vel concursum ut: Arcanum quintæ essentiæ Antimonij.
℞ Antimonij crudi lib. ij Huius tibi adde lib. semis continuatim re-
cludatur vase terreo cuius collum longum sit palma una, & dimi-
dia, latum, ut manus possit ingredi; Huius collum ingrediatur col-
lum alterius vasis paulo majoris, & sic in furno collocentur ut op-
posita sibi inuicem sint / Vasa ~~lutentur~~ clausa; deinde in furno locatis ig-
ne leuissimo carbonum pellantur spiritus, qui calorem fugientes op-
positum vas ingredientur, ibique albissimi coloris congelabuntur late-
ribus vasis adhærentes, à quibus pede leporino sunt discutiendi, ca-

uendum vero ne fluat materia; Ubi vero jam nullus conspicitur fumus signum est omnes spiritus exhalasse; quare removeantur vasa ab igne, & abjecta prima maã recens addatur, & distilletur ut supra. ℞ Horum flor. Antimonij ℥iß. aquarum heliotropij, vitæ civitatæ, succi chelidonij ana ℥iiij, digeratur per 15 dies in fimo equino calido, deinde per balneum separetur humidum, remanebit quinta essentia Antimonij, ad febres desperatas hecticas, putridas, ardentes, hydropem, capitis omnes affectus, species omnes caduci dosis ʒß. cum aliqua conserva, neque per vomitum aut secessum purgat, sed per sudores aut insensibiliter.

Distillatio complectitur sub se fixationem quæ est maæ puræ præparatio ut alterari aut minui non possit, estque vel Chymica qua credunt se posse reddere corpora volatilia fixa ut ignem non fugiant. ut.

Fixatio ☾. ℞ flor. æris, antimonij, lateris, salis cois præparati ana lib. ß omnia minutissime contusa vino imbibantur exsiccenturque vigesies, & quater hoc pulvere ☾ laminata cementetur strato super strato vase fusorio optime clauso per viginti quatuor horas igne lene, deinde fusionis; Postea excipe regulum, quem laminabis & cementabis ut prius idque quater. Postremo fulminabis & reduces in corpus solidum, sic fixa euadit ☾ ut exinde patiatur separationem sine diminutione sui ponderis. Vel medicinalis, qua medicinas odore saporeque spoliant et ita præparant ut vix temporis progressu alterari possint:

Arcanum medicinæ fixæ. ℞ Magisterij Tartari supradescripti, aciam vittioli supra descripti ana ℥ij. M. Deinde adde partes æquales essentiæ croci & pelliciano in fimo equino per mensem digerantur, aut in aëre per duos menses, Hoc in pharmacum vertetur quod dr fixum quia hoc medicamento fixantur humana corpora in sanitatem constantem, sine respectu complexionum, qualitatum, aut ætatum:

Distillatio præterea comprehendit exhalationem quæ est superflui aut impuri humoris a bono & puro evaporatio in quo differt a distillatione, in qua liquores extrahunt ut serventur per congelationem spirituum. ut:

Essentia croci. ℞ Croci orientalis q. s. tere & imbibe quadruplo aquæ vitæ supra descriptæ; sigillato optimè vase putrescat in fimo per tres menses, Deinde torculari totam extrahe substantiam, a quâ separa aquam exhalatione leni & servetur oleum: Huiq gutta in aqua radicis altheæ cum ℈j. aquæ therebenthinæ ilico disuriæ & stranguriæ dolores sedat.

VI. COAGULATIO est rerum per se & nāā liquidarum aut arte solidarũ compactio ut:

Arcanum ☿. ℞ Plumbi ℥iij liquefiat fulminetur ☿ij lib. j. f. amalgama, totum reponatur in scutella aurea, quæ supernatet in medio magni alicuiq vasis repleti aceto; Deinde adhibeatur sufficiens quantitas aquæ vitæ optimæ, & repurgatæ ab omni phlegmate, incendatur donec sit consumpta, recens aqua adhibeatur idqz toties donec omnis nāā convertatur in oleaginosam substantiam, semper movendo & cavendo ne acetum calescat, quod si fiat mutandum & recens

frigidum adhibendum & sic fit arcanum ☿ cuius usus est ad fistulas potissimum, & ad quævis ulcera si cum unguentis misceatur;
Coagulatio habet sub se condensationem quæ est rei liquidæ inspissatio ut
Secretum Antimonij. ℞ Aceti distillati lib. x. aquæ fortis lib. xx. calcis vivæ lib. iiss. M. & additis cineris vitium lib. iij bulliat per mediam horam igne levi, deinde per philtrum separetur purum ab impuro; tunc ℞ Antimonij subtiliter triti lib. jss. huius aquæ lib. j. bulliant simul donec aqua sit colorata, hanc separa levi inclinatione cum quadam pinguedine supernatante, recentem aliam infunde & coque donec coloretur, coloratam ut supra separa, & recentem adde donec non coloretur amplius; Quod si aliquid superfuerit aquæ, adde recens tritum antimonium, & fac ut supra; Collecta aqua igne levi cineris bulliat, & exhalet, sic antimonij spiritus condensatur in corpus levissimi ponderis, coloris purpurei à quo omnis acrimonia per aquam dulcem iterata distillatione separanda est, tunc erit secretum ad omnes affectus matricis, epilepsiam, paralysim, hydropem pond: gr. iij ad viij cum conserua, aut electuario conveniente.
Et reductionem quæ est duplex Prima est corporum in unam massam conveniens compositio & adjunctio ut
Secretum diuini Emplastri; ℞ Galbani, ammoniaci, apoponacis bdelly ana ℥iiij præparentur ut supra in arcano gummi dictum est & ℞ olei olivarum lib iij ceræ flavæ recentis lib. j fundatur, adde lithargiri subtiliter triti lib. j. lapidis calaminaris ℥iiij paulatim semper miscendo & agitando, demum adjunge gummi supra parati ad

quantitatem nucis auellanæ singulis vicibus donec omnia sint incorporata. Postremo adde myrrhæ, thuris, mastichis, mumiæ ana ℥ij aloes hepaticæ ℥iiij therebinthinæ lib. ß. corallorum tritorum ℥ij. Olei hyperici ℥iiij. f. emplastrum & serua contra cancrum, ignem persicum, fistulas, ulcera omnia corrodentia & depascentia, ad vulnera apostemata, contusiones mirabile remedium.

Secunda est attractæ materiæ in primam suam redintegratio. ut Arcanum Christalli. ℞ Christalli ℥iiij, salis ammoniaci ℥viij ambo tenuissime pulverisata sexies sublimentur elevatum qualibet vice amouendo & servando. Deinde ℞ huius elevati ℥ij aquæ aluminis, nitri sine distillatione ana ℥iiij; Digerantur B. M. aut simo equino g. s. Deinde distillentur tam diu donec omnis substantia cristalli ascenderit, distillatum illud siccetur & resoluatur loco humido, Deinde igne lento coaguletur; iterum postremo resoluatur loco humido dosis ℈j ad calculum, arenam, lapidem, ubicunque sit diuinum remedium cum ℥j. aquæ vitæ optimæ, & olei vitrioli guttis ij. Hoc processu omnes gemmæ & preciosi lapides præparari possunt in sua arcana; ut granata, saphiri smaragdi, hyacinthi, rubini. Sic crystallum ex aqua coagulatum per spiritum sui salis iterum in aquam reducitur. Aqua autem aluminis & nitri sine distillatione sic fiunt; Desiccata miscentur cum raphanis recentibus Nro iij, & contunduntur, deinde loco humido resoluuntur in aquam quæ per filtrum clarificanda est.

VII. Tinctura est Medicina tingens corpora in perfectam et constantem sanitatem; Estque duplex Metallica de qua hic nihil, et Medicinalis cuius virtutes perfectæ operantur in conservatione & præservatione corporum humanorum ut ℞ Liquorum auri, argenti, ana ℥jß Quintæ essentiæ Antimonij ℥iij: Arcanorum tartari, vitrioli ana ℥jß. Arcanorum sulphuris, camphoræ

℞ ℥j. M. & reduc in corpus. Dosis gr: v. viij ad gr: ☉ pro for-
tioribus cum ovi vitello sorbili ad omnes corporis morbos quaes-
cunque sint catholica tinctura & medicina mirabilis, exceptis ventris
& sanguinis fluxionibus; Arcana a omnia sunt enarrata supra
praeter arcanum camphorae quod sic fit ℞ Camphorae q. s. M. cum
oleo amigdalarum dulcium q. s. forma pastam liquidam, digerantur fi-
mo equino per menses duos vase vitreo sigillato, Deinde per expres-
sionem separa liquidum a solido; Liquidum infunde optimae aquae
vitae ~~lib~~ partes v. Et per cineres extrahe quicquid ascendere volue-
rit; sic separatur quinta essentia camphorae ab oleo amigdalarum.
ascendit enim cum aqua vitae & remanet arcanum camphorae separa-
tum ab omni mixtione; cuius mirabilis est effectus ~~pond~~ ad omnes tenu
affectus pondere gr: iij aut iiij cum therebinthinae lotae ℥ß.

Medicinalis habet sub se Elixiria ut

℞ olei ☾ ℥iij liquoris saphiri ℥j. olei moschi ℥ß. Vitrioli
℥j. M. cum conserua peoniae q. suff: Utere. Dosis ℈ß ~~saepe~~ for-
tioribus, superbibatur aquae melissae ℥j. contra omnes cerebri mor-
bos & ex eo prodeuntes ex quacunque causa ut caduci, paralysis
caros, coma, lethargus, mania, phrenitis &c. De oleo ☾ & oleo vi-
trioli dictum est supra; Liquor saphiri fiet ut liquor cristalli, mos-
chi vero oleum sic fit, decoque moschum cum optimo vino ardente
vase vitreo igne aquae donec reducetur in succum similem styraci li-
quidae.

Et fermenta; ut. ℞ Mercurij optime purgati q. s. cum eo &
auro sive argento f. amalgama, hoc sublima & sublimatum tere
& misce cum capite mortuo quod residet in fundo, iterumque toties

Sublima donec igne candelæ aurꝫ fluat ut cera, tunc omnia te=
re & in urinali aut bocia digere in balneo maris igne temperato
per tres aut quatuor menses & convertetur in ☿ cuiꝫ virtutis
cuiꝫ facta fuerit mixtio, hocꝗꝫ pacto reducatur metallum in
suam primam substantiam quam philosophi ☿ philosophorꝫ nun=
cupant, Paracelsus thronum, horizontem, metallum liquidum vo=
cat, præstans medicina ad curandos morbos qui per regeneratio=
& rectificationem curantur, ut lepram caducum & simi:
dosis gr. j. ij. ad iij, quandoque grana iiij
singulis diebꝫ ut robustioribꝫ.

FINIS:

<u>Bave</u> (Samuel)

Miscellanea Genealogica et Heraldica, Howard, vol. 1. p. 167 etc.

Dr Guidott speaks of <u>Bave</u> in his 'The Hot Waters of <u>Bath</u>', 1725. Several other inscriptions relating to the family, which were on walls of Bath Abbey in Antony Wood's time, were jotted down by him.

Guidott says Bave was the oldest physician practicing in <u>Bath</u> when he went there. He was born at Colen in Germany in 1588, & had come to England through Paris [where he was a student in 1620]. His coming brought about through introduction he had received to the English Ambassador at Paris, Sir Thomas Edmonds, ~~to~~ whose son <u>Bave</u> became tutor. He went to Ch. Ch. & graduated in 1628.

Selected Gloucester to practice, & whilst there

married Hester, daughter of a wealthy citizen Robinson, by profession 'Councillor-at-Law'. He left Gloucester in 1640, & went to Bath, where he had a wide connection, & continued to practice till the time of his death on Aug. 5. 1668.

Wood in his 'Fasti' (ed. Bliss i, 442) has entry under year 1628.

July 8 'Sam. Bave or Bavo of Ch. Ch. This person who was the son of Franc. Bave of Colen in Germany, became eminent for his practice, first in the city of Gloucester, & afterwards in Bath, where dying in 1666 [sic] in error for 1668, aged 80, was buried in the great church there dedicated to S. Peter & S! Paul.

May therefore be inferred that Bave had taken B.M. at some foreign university, was received a B.M. at Oxford, & admitted to practice just as if he had been incorporated.

Admission of entry in Dean's book reads:

"Dec. 16. Sam. Bavo, Germany, Colon,
Gen. 30.)

418

419

9 Cavendish Cres^t

~~BATH AND COUNTY CLUB,~~
BATH.

TELEPHONE No 678.

29 May 14

Dear Sir William Osler,

The Rev^d C Barnwell has asked me to give you some information about Dr Samuel Bave -

He was born at Cologne 1588 - Came to England and to Ch Ch Oxford 1620 - began to practise there 1621 removing to Gloucester 1628. after taking his M D There he married Hester

420

Robinson of Gracia came to Bath 1640 where he lived until 1668 with such success that he left "the best estate of any physician that died at Bath" so says Guidott. He inhabited a fine house on the Lower Borough Walls afterwards pulled down when the

Albert Wing of the Royal United Hospital was erected 1864.

The pedigree of the Bruces & their connection with the Haringtons of Kelston is the subject of a paper by the late Revd. J. J. Poynton father of Mr Poynton of University Coll:

J. Bave was buried in

422 (ult.)

the Abbey near the tomb of Sir
William Waller

In 1654 his worth was thus
appreciated in a Satirical
Litany on Bath

From an old German yclipped Dr Bavie
Whose skill is not half so much as his Knavery
And hate one will rather kill'em than save
Good Mercury deliver me

Yours faithfully

C W Shickle

